facit quod not. glo. in. l. cũ quid ff. ſi cer. peta. & pſumitur in
ſua prima cõpoſitione pdurare & dicens ꝯriũ hẽt pbare ut
in l. eũ q uoluntatẽ. ff. de pba. facit reg. ſemel malus & qđ
ibi nota. de reg. iur. lib. 6. † Concludo ergo tenendo diſtin
21 ctionẽ meã quod ibi nullum pctm̃ ſeu culpa reperĩĩ ex parte
pſcribentis & ualet pręſcriptio quantumcunque ſciuerit
ſe eſſe debitorem & p hoc tollo fundamentum quod ſit de
iſto tex. nã hic tolliĩ oĩs pſcriptio qñ ſubeſt pctm̃ & mala
fides, ut patet ĩ lrã. ſed nullũ pctm̃ eſt ex parte mea ſi nõ ſol
ui cũ ad hoc nõ erã obligatus ſine ĩterpellatiõe, nõ. n. poſſi
deo alienũ. & ſi actio competit aduerſus habeo exceptionẽ
ex cã legitima. ab eo qui dedit tibi actionẽ ſine aliqua mea
culpa: ſed ex mera negligẽtia tua ſicut in Macedoniano. dixit
Inn. in c. quia plerique, de immuni. eccle. puto tñ quod
hoc caſu ſcienter locupletor cũ iactura tua ꝯ ęquitatem &
ius nãle ut in. l. nã hoc natura. ff. đ ꝯd. indeb. & in reg. locu
pletari, de reg. iu. li. 6. qa potero aduerſus te agere p uiã de
nũtiationis iudicialis, de qua in c. nouit, de iudic. & qđ ibi
not. maxime p Inn. & pbaĩ apertiſſime maxime iuncta glo.
in auĩ. ut ecc. Ro. centũ anno. gau. pſcri. ubi appellaĩ talis pſcriptio
iniquum pſidiũ. & hoc reſpũ iuris & æquitatis natu
22 lis nt ibi glo. † Facit quod no. Bar. in d. extrauag. ad repri.
in uer. denuntiationẽ, ubi dicit quod ubi ſubeſt obligatio
nãlis orta ex cõſenſu tuo, puta qa promiſiſti p pactũ nudũ
uĩ qa locupletaris cũ iactura mea poſſũ recurrere ad eccle
23 ſiã p uiã denũtiationis. † Et hoc apte in pſcriptione uoluit
Bal. in terminis noſtris in d. c. unico. §. ſi quis per triginta.
ſi de feu. fue. controuer. ubi dicit quod præſcribens debitũ
ſciẽter pt ſp renuntiare quia ius ciuile nõ potuit tollere
obligationem naturalẽ inſt. de iu. nat. gen. & ciui. § ſed nãlia.
niſi qñ ex lapſu termini pſumereĩ ſoĩonẽ uel acceptilationẽ
interueniſſe, quia tũc rõne pſumptionis non admit
tiĩ denũtiatio dico tñ quod re ipſa nõ tollitur obligõ natu
ralis ſi in ueritate ſoĩo uel acceptilatio nõ interuenit, quia
pręſumptio cedit ueritati. 8. diſt. uarietate facit optime qđ
no. Inn. d. c. quia pleriq; cũ ſnĩa in rei ueritate eſt iniuſta đ
quo ibi uideas rõne pſcriptionis ſtatutę nõ pſumitur nãlis
obligatio ſubeſſe. & ſm hoc pt optime reduci ad concor
24 diã Barto. in locis pręal. † Vbi tñ pſcriptio fuit inducta debitore
ignorante debitũ puto qđ non hẽt locũ hæc denuntiatio
in foro eccleſiaſtico nec teneĩ ĩ foro aĩę pſcribẽs ad
reſtõnem, ut uoluit Inn. in d. c. quia pleriq;, & c. cura de iure
patron. & dixi plene. ſ. e. uigilanti. tollitur enim hoc caſu
effectus nãlis ita quod remanet eliſa quo ad oẽs effectus
argu. ſ. eo. ad aures, & hoc caſu pt ſaluari opi. ꝯria Barto. de
qua in. l. ſi rem ratam habe. & in d. §. ſi uiam & p hęc hẽs
25 iſtum paſſum melius & plenius quã alibi diſcuſſum. † Et ſi
quæreres quare qñ concurrit ignorantia debitoris tollitur
effectus naturalis, & non ſic quando concurrit ſcientia?
reſpondeo quod primo caſu pręſcriptio inducitur non
ſolum pp odiũ negligentis ſed ẽt propter bonum & ęquũ
ut. 16. q. 4. §. põt, ſecundo uero caſu eſt mere odioſa, ideo,
cum



ZACHARIAS.
a Quo ad deum. Limitabis hoc ſingu. procedere, ſi creditor iuſtè putaſſet eũ ſui iuris ex fama publica: qa tũc ẽt nõ obſtante exceptione Macedoni. teneĩ ad mutuũ filiuſf. ſi mõ mutuãs probet iuſtã cãm id ẽ famã publicã, vt no. Bar. & Bal. in l. i. C. ad Macedo. & idẽ ſi a duob. creditorib. receperit mutuũ, quorum alter iuſtè ignorabat eũ filiũ fa. alter uerò ſciebat: quia quãtũ ad ignorãtẽ nõ eſt tutus ẽt in foro cõtẽtioſo exce. Macedo. ut per Bal. ubi. ſ. & Bar. ĩ l. ſi duobus, ff. đ duo. re.

ANT. FRAN.
Circa hoc, qđ hic dr̃ đ fama public. dicas q fama publica facit pſumi ſciẽtiã, vt p gl. Bar. Bal. An. & doc. ĩ l. ſi tutor, C. de peri. tuto. & p Bar. ĩ l. Celſus, ff. de vſu. & in l. 1. C. ſi ſer. vel li. ad decu. aſpi. li. x. & ĩ l. is põt, ff. de acqui. hęr. p Bar. ĩ l. ſi cui. §. iiſdẽ, ff. đ accu. & in l. cũ q. dã. §. ſi. de adm. tuto. & uide Sal. ĩ l. i. in ſi. C. de his q a latr. ubi dicit hãc opi. eſſe uerã, licet aliqui uideãtur tenere ꝯriũ. ſi ergo fama facit pſumi ſciẽtiã; ergo in propoſito excludetur exceptio Macedoniani: qa ſi ille filiuſf. cui fuit factũ mutuũ cõi fama, & op. reputatur paterfa. excludetur talis exceptio, tanq̃ mutuũ fuerit factũ patrifami. iuxta mãm l. Barbarius, ff. de off. pto. & no. ĩ l. 1. C. de teſt.

SEB. SAPIA.
b Bonã fidẽ allegare. Vide d. Iaſ. ĩ l. nõ hoc, co. ſi. C. unde leg. Alex. in cõſi. 76. inci. ĩ cã, circa ſi. & in cõſi. 94. inci. in cã, col. vlt. & in cõſil. cc. inci. uiſo, col. 1. ĩ 2. uol. & Bar. Veronẽ. in tracta. ſerui. vrb. præd. c. 20. col. 10.

SEB. SAPIA.
c Pręſcriptio. Nũqd per ſtatutum poſſit tolli præſcriptio, uide Fel. ĩ c. nõnulli, ĩ prĩ. co. 13. ſ. de reſcri. & Are. in cõſi. 16. inci. reuerẽdiſſime, in 2. dubio. & uide ibi in 3. dubio, ubi. tãgit, an p tale ſtatutũ tollatur pręſcriptio lõgiſſima, de quo uide p Fel. in ru. ſ. eo. col. pe. & in c. accedẽtes, co. 4. uerſi. fallit tertiò ſ. e. uide ẽt Alex. in cõſi. 60. inci. uiſo multiloquio circa finẽ, in i. uo.
d Oĩs præſcriptio. Adde Frãciſ. Are. cõſi. 30. Abb. cõſi. 104.

cũ æqtas cõcurrat data ignorãtia, & nõ
ſic data ſcĩa, elidiĩ effectus nãlis hoc caſu
dũtaxat, & nõ ĩ altero, vbi deficit oĩs
æqtas, & verſaĩ ſolũ odiũ; & facit qđ not.
26 Inn. ĩ d. c. qa pleriq;. † Hinc dixit Bal. ĩ d.
c. ſi qs p triginta, q vbi ſtatutũ laicorũ de
negat audiẽtiã in foro ſeculari pp æquũ
ſeu bonũ publicũ, nõ hẽt locũ denũtiatio
ĩ iudicio ecclĩaſtico; vt puta ſi ſtatuto ca
ueĩ, q nõ ſoluẽs gabellã ex ꝯctu ñ audiatur;
vel ſi inſtrm̃ nõ reperiĩ ĩſinuatũ ſeu
27 regiſtratũ ĩ libris cõis pſumaĩ falſũ. † Idẽ
ſentit Bar. ĩ d. c. extraua. ad repri. ĩ ver. de
nũtiationẽ. vbi dicit, q ĩ Macedoniano,
vel velleiano nõ hẽt locũ denũtiatio in
foro ecclĩaſtico: qa exceptio in eis daĩ a
iure ciuili ex maxima æqtate nãli, & pp
ſex⁹ fragilitatẽ, & vt euiteñĩ multa mala,
ad q̃ cõmittẽda inducebaĩ filiifamilias
ex mutuo recepto. ob hoc dicit Bal. ĩ d. c.
ſi qs p triginta, q tũc rlr hẽt locũ denun
tiatio ĩ foro ecclĩaſtico, qñ extra iuris ci
uilis obſeruãtiã nutriĩ peccatũ. Idẽ ſẽtit
Inn. ĩ d. c. qa pleriq;, & pſcribẽs bona fide
nõ teneĩ ĩ foro ecclĩaſtico ſeu ĩ foro aĩæ
reſtituere: qa illa pſcriptio fuit ĩducta pp
æquũ & bonũ; & loqĩ apte eo caſu, quo
28 qs pſcribit cũ titulo & bona fide. † Si aũt
pſcripſerit cũ mala fide ſine titulo, vĩ dubitare:
vĩ tñ declinare, vt idẽ ſit hoc caſu;
& hoc puto veri⁹: qa pſcriptio. 30. vel 40.
annorũ ſine titulo ęqualis eſt ĩ fauore pſcriptionis
10. vel 20. annorũ cũ titulo,
qa qđ deeſt reſpectu tituli ſuppleĩ tpe, vt
pbaĩ ĩ d. c. placuit, §. pt. 16. q. 3. & ĩ l. ſi qs
emptionis, C. de pſcri. 30. vel 40. an. dixi.
29 ſ. eo. c. de quarta. † Hoc idẽ, vt ñ teneaĩ ẽt
ĩ foro aĩę filiuſf. mutuũ reſtituere, tenuit
idẽ Inn. ĩ d. c. qa pleriq;, pp rõnẽ pdictã:
qa Macedonianũ fuit ĩtroductũ nõ ſolũ
pp odiũ creditoris, ſed ẽt pp bonũ publi
cũ, vt euitẽĩ mortes parẽtũ, C. ad Mace. l.
1. ĩ prin. vel meli⁹ ſm eũ: qa nihil eſt apud
hũc filiũfa. cui⁹ dñiũ nõ hẽat. nã & dñiũ rei
mutuatæ ĩ eũ trãſit. l. 2. ff. ſi cer. pe. ꝯ actio
nẽ verò, q̃ ꝯ eũ ĩtẽtari põt legitimã exce
ptionẽ habet. vñ cũ exceptio ſit ei data ꝯ
actionẽ ab eo, q actionẽ đdit, ſibi ſufficit,
a ut tut⁹ ſit ẽt quo ad deũ;[a] & hoc ẽ ſing. no.
qa facit ad multa ſĩlia, de qb⁹ in hac mã
30 dubitari poſſet. † Sed citra pdicta q̃ro,
qd ſi ꝯ ſnĩam ẽ pſcriptũ, nũqd habeat lo
cũ denũtiatio ĩ foro ecclĩaſtico? Bal. ĩ d.
c. ſi qs p triginta, ſi de feu. fue. contro. tenet
q nõ: qa ex ſnĩa nõ oriĩ oblõ nãlis;
maximè ſi fuerit iniuſta; not. ĩ l. Iulian⁹,
ff. de cõdi. ĩde. qđ eſt not. & intelligo qñ
fuit ſciẽter pſcriptũ; ut puta qa ſciebã me
tibi cõdẽnatũ p ſnĩam: ſed ceſſaſti petere
p 30. an. nã ſi dareĩ ignorãtia, res nõ hrẽt
dubiũ p pdicta. & aduerte lati⁹. nã ſi ſnĩa
erat iniuſta & pt pbari, cõcluſio pdicta p
cedit ſine ſcrupulo. nã ꝯ ciuilẽ oblõnẽ ẽ
31 pſcriptũ. nãlis verò nulla ſubeſt: † qa ſnĩa
declarat, nõ aũt ĩducit, vt in l. ſicut. §. ſed
& ſi q̃riĩ, ff. ſi ſer. vẽd. not. ĩ c. forus. ĩ. de
ver. ſig. vñ nõ pecco, ſi ſnĩam iniuſtã ñ ſer
uo, vt no. Inn. ĩ c. qa pleriq;, pal. ſi aũt ſnĩa

eſſet iuſta, & poſſet ĩ uſtitia pbari, tũc dic,
vt dixi. ſ. principali. q. Sed ſi ſolũ pducĩĩ
ſnĩa, p quã allegaĩ ſola pſcriptio, eſt du
32 biũ: † qa ſnĩa pſumĩĩ iuſta pſũptione iuris
& de iure, vt ĩ c. cũ ĩter, de re iudi. vbi dr̃, c
q res iudicata p veritate accipiĩ; facit. l.
ĩgenuũ, ff. đ ſta. hoĩum. ergo pſumĩĩ ineſſe
oblõ nãlis, rõne cui⁹ põt fieri denũtiatio,
nẽ alter locupleteĩ ſciẽter cũ alteri⁹ iactu
ra, vt ſ. dixi. In ꝯriũ facit, qa uirt⁹ ſnĩæ eſt
ſublata p pſcriptionẽ; ergo ceſſat pſumptio.
Præterea ĩ hac đnũtiatiõe dẽt aptè
pbari pctm̃ iuxta no. maximè p Inn. ĩ c.
nouit, de iud. ſed ĩ caſu nrõ ñ pbaĩ pctm̃
p ſolã denũtiationẽ, cũ poſſit denũtiat⁹
dicere: ego in nullo pctõ ſum, & ſnĩa fuit
iniqua, nec pt allegari, cũ virt⁹ p ſnĩam ſit
ſublata, & ſatis eſt q poſſit eſſe iniqua; er
go ueraciter ñ pbaĩ pctm̃, & ſic ceſſat de
33 nũtiatio; & hoc no. † Sed q̃ro pone, q qs
tenuit rẽ alteri⁹ tãq̃ feudalẽ pſtãdo ſeruitiũ
dño: nũqd pſcribit, vt de cętero illã rẽ
hẽat ĩ feudũ? aduerte, tex. ẽ de hoc ſin. ĩ d.
c. ſi qs p triginta, in ti. ſi de feu. fue. cõtro. d
ſupius alle. vbi cõcludiĩ q ſic, licet de illa
re nũq̃ fuerit ĩueſtit⁹; & ĩtelligo illũ tex.
qñ pſcribit ꝯ priuatũ. nã ꝯ ecclĩã nõ currit
pſcriptio minor. 40. ann. vt ĩ c. de quar
ta, ſ. eo. & c. illud. pterea ille tex. ĩdubiè p
cedit ĩ pſcriptione cõcurrẽte bona fide.
Quid aũt ſi erat poſſeſſor ĩ mala fide? gl.
tetigit in d. c. ſi qs p 30. & aliqbus viſum
fuit, q pcedit pſcriptio, quaſi dñs cõſẽſe
rit recipiẽdo ſeruitiũ. ſed Iac. de Bel. quẽ
ſeqĩ ibi Bal. tenuit ꝯriũ, q nũq̃ ſine bona
fide pſcribiĩ ẽt de iure ciuili: ſed tm̃ exce
ptio, vt l. ſi qs emptiõis, C. de pſcr. 30. an.
& de diſpõne canonica dico ẽt q ñ pt reſpectu
exceptiõis, vt hic, & ſ. e. c. vigilãti;
ita q cõcludo q ẽt reſpectu feudi ñ currit
pſcriptio cũ mala fide, & pbat tex. hic, dũ
34 dicit: *nulla pſcriptio &c.* † Sed q̃ro, an ſit
b neceſſe ĩ pſcriptione bonã fidẽ allegare?[b]
Bal. ĩ d. c. ſi qs p 30. dicit q ſic: qa nõ pſumĩĩ,
niſi allegeĩ; alle. gl. ĩſti. de ac. §. aliæ.
ſed certè illa gl. hoc ñ dicit, ſed poti⁹ ĩnuit
ꝯriũ. dicit. n. q bona fides reqrĩĩ, ſed nõ ẽ
neceſſe illã pbare, cũ cõſiſtat in aĩo, & ſic
pbari ñ poſſit; ad idẽ. c. auditis, & c. cũ olim,
cũ ſi. ſ. e. vbi ſimplr fuit allegata pſcri
ptio, nec vlla fuit facta mẽtio đ bona fide.
fateor. n. (vt ſ. dixi) q reqrĩĩ: tñ allegãdo
pſcriptionẽ, q̃ nõ currit ſine bona fide, vĩ
tacitè allegata bona fides: qa pt dici ſolẽ
nitas ĩtrinſeca ad illã pſcriptionẽ, q̃ pſumĩĩ
đducta allegata pſcriptiõe, ut ĩ l. ſciẽ
dũ, & qđ ibi no. ff. đ ver. obli. & ĩſtit. de ſi
deiuſ. ĩ ſi. & qđ no. Inn. ĩ c. ĩnotuit, đ eo q
fur. ord. rece. & clari⁹ ĩ terminis latiorib⁹
voluit idẽ Inn. ĩ c. frñitatis, de teſt. ubi di
xit, q ſi capitulaui pſcriptionẽ, ĩ qua req
riĩ titul⁹, videor ẽt deduxiſſe titulũ p ꝯñã
neceſſariã; & facit quia bona fides pſumĩĩ
vt no. gl. ĩ c. ſanctorũ, & c. ſi diligẽti. ſ. eo.
35 & uide qđ ibi dixi. † Quęro qd ſi ſtatuto
uel aliqua lege caueĩ, ut certo caſu nulla
c currat pſcriptio,[c] nunquid cẽſeaĩ ſublata
d oĩs pręſcriptio[d] quãtũcũq; longiſſima ?

a Sequit̃ hic Bal. Vide q̃ dixi. ſ. in ru, ſed Bar. tenet ꝯ trariũ in l. cũ ſatis, C. de agri. & cenſi. lib. 11. And. Barb.

b Cum tu. Nec ob. c. cũ tu, de vſu, q̃a loquit̃ in materia dãnata a lege diuina, naturali, & poſitiua; quod nõ eſt ſic i caſu iſto. And. Barb.

c Declaratoria. Cõſtitutio iuris antiqui trahit̃ ad p̃terita, de quo uide p̃ d. An. ĩ d. c. fi. ſ. de cõſt. & ibi late no. & hoc ſequit̃ Inn. in repeti. 36. col. Adde Pau. de Ca. conſi. 293. in primò impreſſis. ANT. FRAN. An & q̃n cõſtitutio trahat̃ ad p̃terita, dicas ꝙ q̃n hoc exprimit̃, ꝙ trahatur & cõprehẽdat caſus p̃teritos, tũc trahitur: alias nõ, vt in c. cũ oẽs, de cõſti. & hr̃ plenè p̃ d. Car. in cle. 1. in 5. no. de re. & adde, ꝙ cõſtõ nõ trahit̃ ẽt ad p̃ñtia, niſi hoc exprimat̃. & ſi exprimitur, nõ reſpicit pẽdẽtia p̃ appellationẽ, vt hr̃ p̃ gl. & d. Car. in cle. 2. in 13. no. & ĩ 6. op. de iud. & vide eũdẽ dominũ Car. in cle. 2. ĩ §. 1. de pœ. & remiſ. SEB. SAPIA.

d A principio. Vide Imo. in l. ſeq̃t §. ſi uiã, col. ult. ff. de uſuca. Bal. & Ang. in l. ſuper lõgi, col. 2. C. de p̃ſcri. lõgi tẽpo. & Iaſ. in l. 3. §. genera, col. 3. ff. de acqui. poſ. ubi tenẽt nouã opi. ꝙ hñs a principio cõſciẽtiã rei alienę põt præſcribere.

e Si quis dubitet. An dubitans præſcribat, & de hoc uide optimũ tex. in c. 1. 16. q. 3. gl. in c. paſtoralis, in fi. de offic. deleg. gl. in c. q̃m. §. ꝙ ſi uerò, in uer. reſeruata, vt lice nõ cõſeſt. & quod not.

ſol. de hoc alle. tex. iũcta gl. ſing. ĩ c. 1. đ capi. Cõ. col. 10. q̃ ſing. dicit ꝙ nõ: ſed ſolũ
tollit̃ p̃ſcriptio lõgi t p̃is, vt 10. vel 20. an.
q̃a nõ eſt veriſiľe, ꝙ ſtatuẽs voluerit oĩa
iura ĩ hac mã loquẽtia tollere; ad hoc l. ſicut, & l. oẽs, C. de p̃ſcrip. 30. an. facit optimè qđ no. ĩ ſiři ĩ l. ſi q̃n, C. de inof. teſt. ſatis. n. eſt, qđ ſtatutũ p̃t aliq̃d operari, licet
loquat̃ p̃ verba gñalia; & illã gl. ſeq̃t hic
a Bal.[a] & tenet Io. An. in addi. Spec. ĩ ti. de
feu. in 2. col. & refert Dy. ita cõſuluiſſe; &
ſunt mẽti tenẽda ĩ mã extẽſionis. limitat
tñ Bal. ĩ loco p̃al. q̃n ſtatutũ p̃t verificari
ĩ p̃ſcriptione lõgi t p̃is: ſed nõ p̃t verificari niſi ĩ p̃ſcriptione lõgiſſima, vt 30. vel
40. an. vt puta ĩ actiõib⁹, p̃ſonalib⁹, vel in
reb⁹ eccľiæ, tũc vt ſtatutũ aliq̃d o p̃et̃, vr̃
excludere ẽt lõgiſſimã. Et p̃ p̃dicta ego
puto, ꝙ nõ excludat̃ hoc caſu illa, de cui⁹
initio nõ eſt memoria, cũ ſit alteri⁹ nãæ
& fortioris potẽtiæ, vt ĩ c. 1. ꝯ. e. li. 6. & l.
hoc iure. §. duct⁹ aq. ff. de aqua quoti. & eſti. & ſatis eſt ſtatutũ poſſe o p̃ari reſpectu
p̃ſcriptiõis lõgiſſimæ; & hæc no. Et vide
an p̃ priuilegiũ poſſit ꝯcedi, vt nulla poſſit p̃ſcriptio currere, p̃ Bal. & Bar. poſt gl.
36 ĩ aut. quas actiões, C. đ ſacroſ. eccl. †Quæro capiẽdo finẽ hui⁹ gl. an ꝯſtitutio iſta, ĩ
quãtũ reprobat oẽm p̃ſcriptionẽ cũ mala fide, extẽdat̃ ad p̃ſcriptiones p̃cedẽtes
hãc ꝯſtitutionẽ? p̃fecto hæc q̃õ eſt hodie
nulli⁹ vtilitatis quo ad terminnos q̃õnis:
q̃a tm̃ t p̃s ẽ, ꝙ emanauit, ꝙ de p̃cedẽtib⁹
p̃ſcriptionib⁹ nõ poſſet ĩ dubiũ reuocari:
ſed expediã, q̃a poſſet eẽ vtilis ad cõſiľes
q̃ões. Gl. ꝯcludit ꝙ ñ extẽdat̃ ad p̃terita,
ſed reſpicit tm̃ futura p̃ c. fi. de cõſti. Idẽ
Io. Vin. & Goff. & Philip. his eñ, q̃ añ iſtã
ꝯſtitutionẽ p̃ſcripſerãt, ꝯſulet̃ ſm̃ Vin. ſi
agãt pñiam, & hẽant p̃poſitũ taľr deinceps ñ p̃ſcribẽdi; ſed p̃ſcripta reſtituere ñ
tenẽt̃. circa p̃ſcriptiones tñ ĩchoatas, ſed
nõdũ ꝯſũmatas t p̃e hui⁹ cõſtitutionis te d
nebat Io. illas ñ ĩterrũpi. Io. An tenet hic
ꝯtriũ gl. & p̃ ꝯñs ꝯ p̃dictos, dicẽs hãc cõſtitutionẽ extẽdi ad p̃terita p̃ nota. ĩ c. fi. đ
b cõſti. & in c. cũ tu,[b] de vſuris; quaſi ſentiat
& bñ, ꝙ hæc cõſtitutio fuerit iuris decla-
c ratoria[c] poti⁹, q̃ noui editoria. nã, vt ſuprà dixi, & patet ĩ tex. cũ nõ potuerit cũ
mala fide p̃ſcribi ſine p̃ctõ: q̃a oẽ qđ nõ ẽ
ex fide p̃ctm̃ eſt, clarè colligit̃, ꝙ lex ciuilis illã inducẽs nõ tenet, 3. diſt. c. erit aũt
lex. & hãc opi. ſequit̃ hic d. Ant. dicẽs, ꝙ
hæc cõſtõ declarat irrõnabilitatẽ iuris ciuilis, & opi. Vin. ĩ eo, ꝙ dicebat eũ, q̃ mala fide p̃ſcripſerat añ cõſtõnẽ iſtã nõ arctari ad reſtituẽdũ p̃ſcripta; a p̃tè cõfunditur. Priò p̃ iſtũ tex. ĩ eo, ꝙ apte ĩnuit iſtũ
p̃ſcribẽtẽ ẽt tũc peccare. cũ ergo acq̃ſierit rẽ cum peccato, ergo tenet̃ ad reſtõnẽ
ipſi⁹. 14. q. 5. c. nõ ſanè, & c. q̃ habetis. Præterea & meli⁹ ex p̃ſcriptiõe cũ mala fide ñ
acq̃rit̃ aliq̃đ dñiũ, nec ĩ p̃ſonalib⁹ tollit̃
obľo nãlis, vt l. ſi q̃s emptionis, C. de p̃ſcri. 30. an. & 16. q. 3. c. placuit, e. l. 2. §. p̃t.
ergo, cũ iſte p̃ſcribẽs poſſideret alienũ, vľ
eẽt obligat⁹ nãliter, licet ĩ foro ciuili ha-
beret ex ſolo odio illi⁹, ꝯ quẽ fuerat p̃ſcriptur⁹, exceptionẽ;
tenet̃ tñ ĩ foro aĩe ad reſtituẽdũ; ad hoc qđ no. Inn. ĩ d. c. q̃a
pleriq;, de ĩmu. eccle. nõ. n. dimittit̃ p̃ctm̃. niſi reſtituat̃ abla
37 tũ, vt ĩ reg. p̃ctm̃, de reg. iur. li. 6. †Venio ad gl. vlt. q̃ facit q̃nque. Priò nãq; q̃rit, q̃a tex. dicit ꝙ p̃ſcribẽs ĩ nulla t p̃is p̃te
debet hr̃e rei alienę cõſciẽtiã; q̃d ſi poſt cõpletã p̃ſcriptionẽ
ſciat rẽ ad aliũ p̃tinere? Rñdet hoc ñ nocere, & remittit ad
no. ĩ c. vigilãti, ſ. e. Idẽ tenet Inn. hic, & plene, vt p̃ Io. An. ĩ
reg. poſſeſſor, de reg. iur. li. 6. ĩ Mercu. dixi ĩ d. c. vigilãti. &
dicit Hug. ĩ c. ſi virgo. 34. q. 2. ꝙ ex quo bona fide cõtinua p̃ſcripſit, non tenet̃ iure diuino aut humano reſtituere, licet
tũc ſciat rẽ ad aliũ p̃tinuiſſe: q̃a t p̃e, quo ſcit, iã nõ poſſidet
alienũ: ſed p̃priũ, cũ iure diſponẽte res ſit p̃pria effecta. 23.
q. 4. c. q̃ peccat. & alibi dicit tex. ꝙ nõ eſt alienũ, qđ iure poſſidet̃. 14. q. 4. c. q̃d dicã. neceſſariò ergo oportet intelligere
hoc c. & ſiĩa in ſciẽte añ cõpletã p̃ſcriptionẽ: q̃a tũc res eſt
aliena: poſtea uerò res ẽ effecta ſua; & ſic nõ p̃t hr̃e cõſciam
38 rei alienę. Secũdò principaľr gl. q̃rit, q̃d† ſi t p̃e p̃ſcriptiõis
habuerit cõſciẽtiã lęſam, poſtea ĩcipit hr̃e nõ lęſã; nũq̃d ſit
ĩterrupta p̃ſcriptio? Gl. cõcludit ꝙ nõ, & vr̃ velle ꝙ ñ habuerit ĩ aliquo nocere: q̃a tãq̃ erroneã potuit talẽ cõſciẽtiã deponere. đ ſimo. c. p̃ tuas; & idẽ tenet hic Inn. Vin. & Philip.
ſed Hoſt. tenet ꝯtriũ; ad qđ facit ſm̃ Io. An. ſ. c. p̃xi. ĩ fi. do.
Ant. diſtinguit; dicẽs ꝙ ſi habuerit cõſciẽtiã læſam ex legitima ĩformatione cócurrẽte veritate, & poſtea eã aľr erroneè ĩformauit, ꝙ ñ p̃ſcribat. Si uerò habuerit cõſciẽtiã lęſã
ex leui iudicio, & poſtea aľr eã ĩformauerit ex aliis vľ ex añcedẽtib⁹ legitimis ĩdiciis ſeq̃t̃ gl. vt p̃ſcriptio ex hoc nõ ſit ĩterrupta. ĩ dubio uerò ſi nõ apparet, quaľr cõſciã ĩformauerit: ſed p̃ria cõſcia cõcurrit cũ veritate, p̃ſumit̃ ꝙ eã bñ priò
ĩformauerit, & ſcđò malè, niſi aliud ap peat. Bar. ĩ l. nãľr, ff.
de vſuca. ſimpľr refert & ſeq̃t̃ Inn. hic, dicẽs ꝙ ad hoc, vt ſu p̃ueniẽs mala fides ĩterrũpat p̃ſcriptionẽ, oportet ꝙ ſu p̃ueniat irreuocabiliter. ſi. n. in medio t p̃e putaui rẽ alienã, poſtea meli⁹ ĩformat⁹ putaui eã meã; illa mala fides, q̃ fuit illo
medio t p̃e vſucapionẽ nõ impedit, ſm̃ ꝙ ẽt iura ciuilia volũt; & ſic ſecũdũ eũ ius ciuile corrigit̃ tãtũ, in eo qđ mala fides irreuocabiliter interuenit. Aduerte. aut. n. illa mala fides fuit in principio; & tũc durãte mala fide nõ currit p̃ſcriptio, nec prodeſt ad illud tẽpus cõputandũ, licet poſtea ſuperueniret bona fides: q̃a a principio req̃rit̃ bona fides ẽt
de iure ciuili, vt no. in l. 1. C. de acqui. poſ. no. Bar. in d. l. na-
d turaliter. Aut a principio[d] fuit bona fides, & ẽt in fi. ſed in
medio habuit malã fidẽ; & credo ꝙ p̃ ſuperueniẽtiã malę
fidei fuerit ĩterrupta p̃ſcriptio; ita, ꝙ principiũ nõ põt cõputari cũ fine, quo habuerit bonã fidẽ: ſed p̃ ſuperueniẽtiã malę fidei fuerit cõquaſſata p̃ſcriptio. hoc p̃bo p̃ iſtũ tex. ĩ eo,
ꝙ in fi. dicit. *oportere ut præſcribens in nulla parte tẽporis habuerit cõſcientiã rei alienæ*; facit c. ſanctorũ, ſ. e. vbi dr̃, ꝙ prę-
ſcribẽs debet cõtinuò ſincerè & quietè poſſidere. & optimè facit c. ſi virgo. 34. q. 2. vbi dr̃, ꝙ ſtatim, q̃ habet rei alienę conſciẽtiã eſt iniuſtus poſſeſſor; & p̃bat iſte tex. ĩ prin.
q̃a qđ nõ eſt ex fide peccatũ eſt. nec põt dici, ꝙ cõſciẽtia fuerit erronea: imo iuſtiſſima, cũ habuerit concurſum cũ veritate. nam ſi fuiſſet ſua, nõ eſſet opus p̃ſcribere. Et poſſet attẽtari, ꝙ ſecundum canones, iſte talis nunquam præſcribere
poſſit per iſtum tex. in fi. per reg. poſſeſſor, de reg. iur. lib. 6.
& per id qđ no. gl. 16. q. 3. c. 1. & in d. regu. poſſeſſor. nam p̃ſumptio eſt, ꝙ ſemper titubauerit, cum habuerit veraciter
conſcientiam rei alienę. vnde ſecunda informatio fuit erronea, cum haberet veritatem ꝯ ſe: vel ſaltem dicamus, ꝙ
incępit præſcribere a tempore, quo per legitima indicia ſuperuenit bona fides, ar. eorum, quę not. in d. c. de quarta, ſ.
39 eo. & in c. cura, de iure patro. † Tertiò glo. quærit, quid ſi
e quis dubitet,[e] an res ſit ſua, & habet iuſtam cauſam dubitandi? Reſpondet, ꝙ pręſcribit: quia adhuc dr̃ bonæ fidei poſſeſſor. Item tenet gl. ſ. eo. in c. ſi diligenti, & Inn. hic, & Bar.
in d. l. naturaliter, dicit ꝙ talis a principio non præſcri-
beret:



beret, quia non habet bonam fidem, licet non habeat malã
fidẽ, ut not. in. d. l. 1. C. de acq. poſ. ſed talis defectus ſuperueniẽs nõ extinguit uſucapionẽ; q̃a req̃rit̃, ꝙ firmiter credat
ſe malę fidei poſſeſſorẽ, all. Inn. hic gl. in c. q̃m frequẽter. §.
ꝙ ſi ſu p̃, ut lit. nõ cõt. ĩ uer. ſeruato, ſentit ꝙ dubitãs nõ p̃ſcribit. d. An. dicit aduertẽdũ, qualiter iura canonica in hoc loquant̃. nã aliqua dñt malæ fidei poſſeſſorẽ ñ p̃ſcribere. ſ. e.
c. uigilãti, & c. ſi diligẽti. Aliqua exigũt bonã fidẽ; q̃a oẽ,
qđ ñ ex fide ẽ, p̃ctm̃ ẽ, ut hic; & hoc iure attẽto & uerbis h⁹
decr. ñ ſufficit ad p̃ſcribẽdũ, ꝙ deficeret extremũ malæ fidei,
niſi deẽt extremũ bonæ fidei, dubitãs ãt eſt in medio, nõ habẽs bonã nec malã fidẽ; ergo ñ p̃ſcribit: dicit tñ finaľr ſe putare, ꝙ ſi dubitatio eſt momẽtanea, nõ fixa & firma, ſđ uacillãs, ꝙ hęc ñ ĩterũpat: ſicut nec hęreticus, q̃ dubitat, ſed nõ
fixè & firmè, ut no. de hęre. c. 1. Si ãt ẽ p̃ſeuerãs fixè & firmè & ad meritè dubitãdũ ꝯcurrat ueritas, ſeu aliqua lĩtima
cã pl⁹ credẽdi rẽ eſſe alienã, q̃ p̃priã; tũc putat, ꝙ interrũpat̃ p̃ſcriptio. idem ſm̃ eũ, ſi aliq̃d ei oſtendit̃, uel p̃bat̃, ex
quo ueriſimiliter potuerit & debuerit dubitare, licet aſſerat ſe nõ dubitaſſe, ut. ſ. de iud. c. nouit; & p̃ hoc dicit ſe putare, ꝙ aliquo caſu denũtiatio ẽt p⁹ poſſeſſionẽ adeptã ĩterrũpat, q̃n ſit a tali; cui meritò erat credẽdũ, ubi ãt dubitatio
erat in principio p̃ſcriptionis, fortius tũc impedit̃; ad hoc,
quod no. ĩ. d. l. 1. C. de acq. poſ. & hęc ſunt notabilia uerba.
40 †Sed ego ad ſaluãdũ gl. & cõem opi. adduco text. opti. in, c.
ſi uirgo, p̃all. ubi dr̃, ꝙ bonæ fidei poſſeſſor rectiſſimè q̃ſq;
dr̃, quãdiu poſſidere ſe ignorat alienũ. cũ uerò ſciuerit, nec
ab illa poſſeſſione receſſerit, tũc malæ fidei p̃hibet̃, tũc iuſtè
iniuſtus uocabit̃. quę uerba ſunt multũ notãda & põderãda
in hac mã, & apertiſſimè probãt, ꝙ ẽt dubitãs dr̃ bonę fidei
poſſeſſor & p̃ſcribit, qđ uerũ eſt dicere, q̃n dubitãs ignorat
rem eſſe alienã, nec rõne dubii tenet̃ rẽ dimittere: imò ſu p̃
illo dubio p̃ſcribit, arg. bonũ in. c. cũ dilectus, de conſue. &
in. c. auditis, ſ. e. Nec obſtant not. in. l. 1. C. de acq. poſ. quia
procedũt in ignorãte ſe poſſidere. iſte. n. non p̃ſcribit. quia
ignorãs nõ habet nec malã, nec bonã fidẽ: ſecus aũt, ſi ſcit
ſe poſſider̃, licet dubitet an res ſit ſua; q̃a iſte iuſtè poſſidet,
ex quo nõ ſcit rẽ ad aliũ pertinere, nõ. n. iſte agit ꝯ cõſciẽtiã. d. c. ſi uirgo, & hic in fin. ubi requirit̃ cõſcia rei alienæ
41 ad ĩpediẽdũ curſum p̃ſcriptiõis. Quartò gl. q̃rit, †q̃d ſi p̃la-
a tus[a] hẽt lęſam cõſciam alicuius rei, quã nomine eccleſiæ
poſſidet, dẽt ne illi reſtituere, quẽ credit eſſe dñm? Rñdet
ꝙ nõ, ex quo capľm hẽt bonã conſciam: ſed dẽt intimare illi, cuius res eſt, ut illã petat, arg. in. l. atq̃ natura. §. cum me
abſente, ff. de nego. geſt. & hãc opi. tenet gl. in. c. gñalis. 54.
diſt. & in c. bonæ. 2. de poſt. præla. & Inn hic, dicẽs, ꝙ cauere debet in hoc prælatus, ne aliq̃d ꝯ cõſciam faciat, uel fieri procuret; & ſic trãſeunt hic doc. Sed Arch. in. d. c. gñalis,
ponit tres opin. Primò. n. recitat Guiliel. Na. tenuiſſe, ꝙ aut
prelatus p̃ certo ſcit; & debet illã rem reſtituere per cap.
illud, gñalis. aut dubitat; & tũc dẽt ſubmittere aliũ, puta intimare dño, ut petat. Secunda fuit Hoſt. qui dicit, ꝙ in caſu
reſtõnis debet hoc p̃latus facere cõicato cõſilio capituli; &
ſi capitulũ non uult, debet dicere, ſicut dicit apoſtolus. Mũdę ſunt manus meę ab hac cã, uoſipſi ſcitis: eã p̃curate. 43.
diſt. c. Epheſiis. Tertia eſt opi. ipſius Archi. dicentis, ꝙ licet
p̃latus habeat lęſam conſciam, poterit nihilominus ſm̃ iuris ordinem illam rem defendere in iudicio: q̃a ſcit ut priuata perſona. defenſionẽ. n. aſſumit tãquã p̃latus & perſona
publica, arg. in c. ſi ſacerdos, de off. ord. & quod not. in. c. paſtoralis. §. q̃a uerò, de off. dele. & p̃ glo. 15. q. 5. c. preſbyter.
Ego concordando opi. quãtũ fieri p̃t, ſic diſtinguerẽ, ꝙ aut
notoriè conſtat rẽ eſſe alienã, & tunc ſolus prelatus poteſt
& debet illam reſtituere, & ſic intelligatur. d. c. generalis a
nõ enim debet prælatus, uel eccleſia detinere alienum, ſed
agnoſcere bonã fidem, ut in c. per tuas, de dona. & c. ſæpe, b
de reſti. ſpo. nec dicitur ſolus prelatus hoc caſu alienare rẽ
eccleſiæ, cum notorie conſtat quòd non eſt eccleſiæ, ſed
potius dicitur procurare negotia eccleſiæ, cuius ĩfamia purgat̃ ĩ reſtõne rei alienæ. †Aut nõ cõſtat notoriè: & tũc aut ſolus p̃latus ſcit, nec aľr põt p̃bari, & dẽt
tacer̃, q̃a ſibi ſoli ñ crederet̃. 6. q. 2. c. ſi tãtũ, & c. placuit, & ea. cã. q. 7. c. plerũq; nec
detinẽdo p̃lat⁹ peccat: q̃a hoc facit tanq̃
p̃ſona publica, & ꝯſciam hẽt ut priuata.
Aut poſſet p̃bari p̃ alios, & tũc cõſiliũ
h⁹ gl. eſt ſeruãdũ. nec credo, ꝙ p̃lat⁹ cũ capľo ſufficeret ad illã rẽ r̃ſtituẽdã, ex quo
notoriè nõ cõſtat rẽ illã eſſe alienã; quia
ſicut directè cã ñ apparẽte nõ p̃t p̃latus
cũ capľo alienare. 12. q. 2. c. ſine exceptione; ita nec ĩdirectè: aľs poſſet ꝯfingi fra⁹.
notoria. n. dẽt eſſe cã alienatiõis fiẽdę,
de re. eccl. nõ alie. c. 1. li. 6. facit. l. cũ hi. §.
ſi cũ lis, ff. đ trãſac. & hęc puto ueriſſima.
Quintò & ultimò gl. retẽtis eiſdẽ termi
43 nis q̃rit, †q̃d ſi dñs, cuius eſt res p̃ eccleſiã poſſeſſa, rẽ ipſã repetit: p̃lat⁹ uero habens cõſciam lęſam cõfitet̃, nũq̃d p̃iudicat[b] eccleſię habenti bonã fidem? Rñdet
diſtinguẽdo, ꝙ aut p̃latus habebat mãdatũ à capľo, & tũc cõfeſſio ſua nocet eccleſiæ: aliàs ſecus; alle. iura. no. tñ tu. gl. Idẽ
not. glo. in. c. de Cõſtãtinopolitana. 22.
diſt. ur̃ tex. iũcta gl. in. c. 2. de reſti. li. 6. &
ad illud. c. remittit hic Io. An. Aľr diſtinguit hic. d. Ant. dicẽs, ꝙ aut p̃latus cõfitet̃
in his, in q̃bus hẽt diuiſam adminiſtrationẽ ab eccleſia, & p̃iudicat eccleſię; q̃a illa
p̃t ſol⁹ in iudiciũ deducere, niſi ſint ardua
Aut cõfitet̃ in his, in q̃bus nõ hẽt diuiſã
adminiſtrationẽ, ſed cõiũctam, & p̃cedit
iſta gl. ut p̃iudicet demũ cũ cõſenſu capľi
& hoc tenet ĩdiſtincte licet geſſerit actũ
44 ſolus, in quo cõfitet̃ † Quia non dẽt hoc
aliq̃d operari, cũ in hoc ẽt ei ut teſti non
ſ p̃ credit̃, ut no. đ teſti. c. a nobis, & ĩ hoc
vr̃ ĩpugnare gl. q̃ in hoc ultimo ſenſit ꝯtriũ. Ego ſaluãdo gl. in hoc ultimo dico,
ꝙ ubi prelatus ſolus geſſit actũ eccleſiæ
noĩe, & dubitat̃ quaľr geſſerit actũ, tũc ſtatur dicto ſuo, ex quo aľr cõſtare nõ p̃t; p̃
hoc all. tex. ĩ. c. ſi diligẽti, ſ. e. facit. c. dilectus, de capel. mona. nã & ſeru⁹ ĩterrogat̃
ſu p̃ his, q̃ ipſe geſſit, ex quo agit̃ đ facto
ſuo, ut ĩ. l. irrogari, C. de. q̃õni. & 4. q. 3.
c. ſerui: facit. l. Neſennius, ff. de nego. geſt.
ſed. quo ad p̃cedẽtia dicta dico, ꝙ aut p̃latus nõ hẽt capitulũ, & ualet ꝯfeſſio ſua,
dũmõ confiteat̃ per uiã contẽtioſe iuriſdõnis, ut in. d. c. dilectus: ſecus, ſi p̃ uiam
uoluntarię iuriſdõnis, ut in. l. certũ, § ſed

d. Ab. in c. uigilanti, in recolle. ſ. e. ti. & pleniſſime per Ro. in. d. l. naturaliter, poſt Bar. ff. de uſuca. & aliq̃d per eũdẽ in. l. 3. §. fin. circa prin. ff. de acq. poſ. & hic p̃ Im. in repe. in peñ. charta, ubi plene, de quo p̃ d. Ant. in. c. illud, in. 3. co. & qđ ibi no. ſ. e. poſſet tñ qui uellet ĩpugnare opi. Bar. dicẽs qđ tex. in. d. c. 1. 16. q. 3. non loquitur de dubio, qđ ſimpliciter uenit ĩ animo; ſed intelligitur de dubitatione iudiciali, quæ fit p̃ aliquod principium controuerſiæ in iudicio motæ, & ita exponit gl. ibi. ad de Bal. in. c. ſi. in. 3. colũ. de conſuetu. ubi dicit, ꝙ dubi in conſcientia, nõ dicitur facere ꝯ conſcientiam, niſi ubi oſtenſa fuerit ſibi ueritas, & ita dicit intelligi, qđ not. Inn. in. c. nouit, de iudi. ANT. FRAN. Circa hoc, quod hic dicitur de dubitãte, dicas, quod dubitãs poteſt licitè poſſidere, & uti poſſeſſione. l. ſi prius, ff. de no. ope. nũ. & ait Bar. in l. Barbarius, in. 12. col. ff. de offi. præto. in repeti. ſi ergo licitè poſſidet, ergo poteſt p̃ſcribere. adde tamen, ꝙ dubitanti non currit t p̃s. l. q̃ diu, C. qui admi. ad bo. poſſeſ. & an dubitans poſſit de facili certiorari, & qui poteſt de facili certiorari habet̃ pro ſciente, ut no. gl. in. l. locus, de acqu. poſ. & eſt ter. in. l. regula, in §. ſed facti, ff. de iur. & fa. igno. & habet̃ p̃ Spe. in ti. de reſt. §. 1. uerſic. item qđ ſunt uarii, ubi dicit, ꝙ dubitans habetur p̃ ignorãte, & propterea dicit, ꝙ dubitans non poteſt reddere teſtimonium, pro quo eſt bona gloſſ. in. l. de ętate, in. §. nihil, & in. l. qui interrogatur, ff. de interrog. act. SEB. SAPIA. Dubitet. vide latè per Alex. & per d. Iaſ. i. l. 3. §. genera ff. de acquir. poſſ. ubi dicunt communem opi. eſſe, ꝙ dubitatio non interrumpit præſcriptionem.

Quid ſi prælatus. Vide gl. 43. q. 1. c. 1. uide op. tex. ĩ. l. quoties. §. ſicut, ff. de admi. tuto. & in. l. idem quod. §. fideiuſſorem, ff. manda.

Præiudicat. An confeſſio prælati præiudicet eccleſiæ, uide de hoc quod plene no. poſt do. Ant. in. c. dudum, el. 2. de electio.

Adde an confeſſio religioſi confitẽtis, ꝙ bona, quæ detulit in monaſterio, detinuit cũ mala. cõſciẽtia, p̃iudicet eccleſiæ, Ang. cõſ. 80.

SEB. SAPIA.

a Qualiter ſ probabitur. Ex quibus mala fides ꝓbetur, uide late per Ang. in.l.eum q. §. fin. circa fi.ff. de pub. in rē act.d.Ant.in c.peruenit, co.18. uer.2.dicit gl.ꝯ.ď cenſi. Cal. in rub. huius ti. colū. pe. Bar.Veron. in tra. ſerui.real.c. 20.colum.1. &.2. & Fel. in.c.ſi diligēti,co. 2.§. eo.& ꝗ mala fides ꝓbari poſſit ex coiecturis, firmat Ale. in conſi. 187. incip. in hac cauſa,coll. 3. in.2. uol.& in conſ.16. inci. circa preſentes,co.vl.in.3. uo. & d. And. Sicu. in conſi.9.inc. ſupmi dei,in.1.uol.

b Rei iudicatę. Querit hic do. Pet.an iudicata res dicať intra decem dies, intra quos poteſt appellari?doct.noſtri ꝗ non,in.d.c. ad conſultationē. gl. iuris ciuilis ꝯ, ut.l.eleganter.§.ſi q̄s poſt,ff. de cōd. inde. Bart.dicit ꝗ non eſt diſcordia niſi in æquiuocatione,ſi res iudicata accipitur pro ſententia ſine cauſa,& ita loquitur §.ſi quis poſt. Si uerò aſſumat res iudicata perfectè irreuocabiliter, tunc uerum dicūt canoniſtæ qđ dic Bar.in.ff. l.1.eod. Andr.Barba.

an & ipſos,& ibi per Bart.ff.de confeſ.& per Cy.in.l.1.C. e. aut habet capīm; & tunc aut uolūtariè cōfitenť ambo;& non credo,ꝗ ꝑiudiceť eccleſię,ſi ꝑ illā deueniť ad diſtractionē rerū immobiliū: q̄a qđ nō pñt directè,nō dñr poſſe facere in directè.d.c. ſine exceptione, & d.§.ſi cū lis:ſec⁹,ſi ꝑiudiceť quo ad fruct⁹.ar.c.qđ q̄buſdā, de fideiuſſo. aut cōfiteť in iudicio cōtētioſo,& ꝑiudicat,ut in.c.2. de teſti.li.6.facit.c.ſuborta,de re iudic.& qđ not.Bar.& Cy.in locis ꝑalleg.aut ꝑlatus ſolus cōfiteť; & tūc ſi nō uolūtarie,nō ꝑiudicat; ſicut nec hoc caſu ꝯfeſſio tutoris ꝑiudicat pupillo.d.§.ſed an & ipſos. aut in cōtētioſo iudicio,& tūc aut habet mādatū a capl'o;& ꝑiudicat, ut in glo.hic & o pať mādatū: q̄a oſtēdit cōſenſū capl'i ī illa cā:nō autē operať,ut uirtute mandati admittať prelatus ad agendū,cū ſine ullo mādato admittať ex iuris diſpoſitione,ut in,c.edoceri,de reſcrip. no. Archi. in.d.c.2.aut nō hēt mādatū, & tene diſtīctionē d.Ant.ſ.recitatā;ꝗ ī diuiſis ꝑ iudicat, niſi factū ſit arduū: q̄a tūc nō pt eſſe ſolus in iudicio, ut in.c.1. de procu & not.in.d.c.edoceri.In cōibus uero ſe-
45 cus,ut hic in gl.†Quæro extra gl.dř hic, & ī d.c.ſi uirgo.33.q.2.ꝗ habēs,cōſciam rei alienæ,quā poſſidet, peccat. niſi rem reſtituat. & alibi dř ꝗ nō multū intereſt iniuſte detinere,uel inuadere alienū. pone ꝗ bona fide emi rē alienā. tractu t ꝑ ris ante,q̄ cōpleať ꝑſcriptio, ſcio rē eſſe alienā.qđ remediū mihi cōpetit; ut recedā a ꝑctō,& damnum euitē?nā ſi reſtituo ſponte,non habeo actionē de euictione, ut.l.qui rem emit, &.l.ſi poſt perfectā,C deeuict.&.l.at qui natura.§.cū me abſente,ff.de neg.geſt. nec agere poſſum ante, q̄ mihi euincať,ut iurib⁹ pal.niſi in caſib⁹ exceptis per gl.in d.l. qui rē.Solu.dic, ꝗ poſſum denuntiare domino, ut petat,uř ſubmittere aliam perſonā;quæ agat nomine domini, & omittere exceptionem defectus mādati, & re euicta potero agere contra venditorē de euictione.d.§.cū me abſente;& de hoc latius per gl.in. d.
46 a c.ſi uirgo. †Vltimò hic quæro, quaľr ꝑbabit[a] hic mala fides? vide qđ dixi in.c.ſi diligēti,ꝯ.eo. & ꝑ Bar.in.l.1.ff.de itine. actuq; priua.&.l.Celſus,ff.de uſuc. & cōclude, ꝗ cū mala fides cōſiſtat in aīo, ſicut & bona fides, nō pt uerè probari, ut no.glo.in.§.alię,inſti.de act.facit.l.dolū C.de dolo,&.c.2.de renū.lib.6.Idē probaľ ex coniecturis dūtaxat.d.l.dolū,&.c. 2.ꝗ ſi ius reſiſtit poſſidēti, eſt ꝑſūptio malæfidei,ut in reg.q ꝯ iura, ď re.iu.li.6. &.c.ad decimas,de reſti.ſpo.li.6.&.l.quē admodū,& quod ibi no.C.de agri. & cēſi.li.xi.hāc tñ ꝑſūptionē malæfidei purgat diuturnitas poſſeſſionis,uel iuſtus color in acq̄rēdo,ut no.Inn.in.c.2.de ī int. reſt.facit quod not.Bartolus in.l. cū quęrebať,in ſi.C. unde ui ſi aūt ius cōe nō reſiſtit,pōt mala fides probari, ſi poſſidēti fuit denūtiatū t̄pe acquiſitionis,ꝗ res illa erat aliena,ut.l.ſi fundum.C.de euic. Idē ſi corā aliquib⁹ dixit ſe ſciuiſſe,uel ſcire rē eſſe alienā:q̄a ꝑſūmitur illud in mente habuiſſe.l. Labeo,ff.de ſupel.leg.&.22. q.2.c. is aūt. Idē,ſi de hoc erat fama in uicinia,& ipſe poſſeſſor erat vicinus.preſumitur enim; ꝗ ipſe debat ſcire ratione uicinitatis,de preſump.c.quoſdā.&.c.quanto,de poſt.pla.c.1.&.16 di.c.quod dicitis.no. Bar. in.l.1.ff.ſi cer. pet.& d.l. Celſus. Itē ſi fuit ſibi denuntiatū poſt acquiſitionē poſſeſſionē per hominē,cui erat uerisimiľr credēdū, maxime cū dedit tāta indicia,q̄bus uerisiľr debuit credere, arg.in.c. inquiſitioni, de ſen.exc.&.c.cū contingat,de reſcr.& qđ in eis not.& eſt de mēte Bar.in extraua.ad repri.in uer.denūtiationē,in fi. facit.l.qđ te,ff.ſi cer.pet.& ſi noluit informari, hř ꝑ informato,ut no.Bar.in.d.extraua.facit.l.1.ff.qđ ui aut clā,& in c.2.de temp.ord.lib.6.uř enim affectata ignorantia, ut ibi.

# De ſententia & re iudicata. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nō dicitur res iudicata propriè durante tempore appellationis.*
*Sententia & res iudicata an in aliquo differant?*
2 *Iudex debet ſequi in ſententiando opinionem ſuam,& non uoluntatem.*
3 *Sententia poſt lapſum.10.dierum an poſſit appellari res iudicata?*
4 *Sententia quid ſit,& quibus modis ſumatur,& quotuplex ſit.*
5 *Sententia lata ſuper exceptione peremptoria an ſit diffinitiua?*
6 *Sententia quaſi diffinitiua quæ ſit?& eius exemplum.*
7 *Præceptū quod iudex facit uel committit,an ſit ſententia, & qua? numer.8.*
8 *Sententia habens uim diffinitiuæ quæ ſit?*
9 *Sententia excommunicationis an ſit interlocutoria,an diffinitiua?*

Hæc rubr.duobus modis ſm Io.An.poſt Gof.ad precedētia continuať. Primo ſic. Viſo quō res acquirunť per ꝑſcriptionē, uidendū eſt quō aliter acquiruntur ciuiliter, ſ.per ſententias iudicum.Vel ſecundo ſic: Expedito tractu proceſſus iudiciorum,ad ſnias,quæ finem imponunt litibus,ueniamus † Quia uerò ſecundum Io.An.lata ſnias,ſi nō appellatur ab ea,ſumit nomē rei iudicatę[b],ideo & de re iudicata ſubmittit,dicit tamen, ꝗ large poteſt dici res iudicata, licet poſſit appellari:alleg.no.in.l.1.ff.eo.&.l.litigatoribus, C.de app.†Ex his uerbis Ioā. An. bene notabis differentiā inter ſniam & rem iudicatā, ut propriè & ſtrictè ſententia appelletur, cum adeſt appellandi facultas, cum uerò non ſubeſt remedium retractatiuum, appellatur res iudicata: large tamen pōt et ante dici res iudicata;& ſic intelligit.l. litigatoribus,pal.ubi appellať ſnia res iudicata, licet cōpeteret appellandi remedium.Sed ꝯ hoc dictū Ioā.And.aptè vř facere tex.in.d.l.1.ff.e.ubi dř,ꝗ res iudicata eſt, quæ finē controuerſiarū pronuntiatione iudicis accipit, quod cōdēnatione uel abſolutione contingit, & ſic aperte innuit ille tex.ꝗ ipſa ſnia nō pōt appellari res iudicata:ſed potius id, quod per ipſam ſniam iudicatur & deciditur, & ideo per illum tex.dicit ibi Bar.ꝗ aliud eſt res iudicata,& aliud res iudicans.Res iudicans eſt ipſa ſnia ſeu actus ſententiandi, & hæc imponit finē controuerſiæ.Sed res iudicata eſt cā,quæ finē controuerſiæ a ſnia eccipit;& hoc uult ille tex.ſecundū eū:& ſic in effū uoluit Bar.ꝗ ſnia ſit res iudicans. res uerò iudicata ſit cauſa deciſa. hinc eſt, ꝗ de iure ciuili ſecundū eum habetur per ſe tractatus,ſeu titulus de ſen.& per ſe tit. de re iud.q niſi eſſent diuerſa,non eſſent diuerſi tituli,ut.l. ſi idem,C.de cod. fateť tñ, ꝗ tex. & gl.q̄nq; ponūt unū pro alio.Sed ꝯ hęc dicta Bar.& pro Io. An.ego adduco text.in c.dilecti,in fi.de elect.&.c. cum inter,&.c. quod ad conſultationem.ꝯ.eo,ubi dicitur, ꝗ ſnia poſt lapſum. 10. dierum tranſit in rem iudicatam. ergo ipſa appellatur res iudicata poſt decē dies do.Ant.dicit,ꝗ proprie,& ſtrictè ſnia eſt res iudicans,& materia & queſtio, ſuper qua iudicatur,eſt res iudicata:tamen alio reſpectu ſnia appellari res iudicata. ſi enim ponderatur ſnia, prout promulgatur, eſt res iudicās:ſi prout eſt lata & trāſiit in rem iudicatā, poteſt tunc dici res iudicata,q̄a irreuocabiľr & perfecte iudicata,cū nō pendeat in aliquo ex futuro euētu. Sed ꝯ hoc ſic oppo. ſi ſnia eſt res iudicās, quō pōt effici res iudicata,cum maxima dřia ſit inter iudicātē,& iudicatum, nec vnum efficiť aliud, imò ſunt correlatiua, q̄ nō pñt cadere ī eodē ſubiecto? ſicut eſt dřia inter inſtitutū & inſtitut⁹.ī c.ſi.de inſti.& inter generātē & generatū, vt ī c.dānam⁹,de ſum.tri.& de mā in c. poſtulaſtis,de cōceſ.ꝑbē. Quare mihi poſt diligētē ſpeculationē ꝑ oīum iuriū cōcordia viſum eſt ſic dicere, ꝗ ſnia pōt dupliciter cōſiderari. Primò reſpectu ipſius diffinitiōis iudicialis,id eſt reſpectu cauſę agētis;& tūc ꝓpriè appellať ſnia: q̄a cōtinet id,qđ iudex diffiniēdo ſentit. iudex.n.habet diffinire ſm qđ ſibi vř,vt in auť.iuſiurā.qđ ꝑſta.ab his. ī prin.& in l.qualē,ff.de arbi. †Hinc dicit gl.no.in c.iudicet
a 3.q.7. ꝗ iudex tenet iudicādo ſeq opi.ſuā ſed nō volūtatē; de quo in c.1.de cōſti. Scđò pōt ſnia cōſiderari reſpectu cōtēti in ea ſeu cauſæ patiētis; & tūc q̄cq̄d ibi cōtinet ſumens deciſionē & diffinitionē facto iudicis, ſiue ſit cā principalis,ſiue acceſſoria,ſiue ſint expēſe,vel intereſſe; appellať res iudicata; & hoc voluit tex.ī d.l.1.ff.eo.dū dixit,ꝗ res iudicata dř,q̄ finē cōtrouerſiarū ꝓnūtiatione iudicis accipit.cōſiderauit.n.ſniam ex parte cōtēti,& cauſæ patiētis.nā decidēs & deciſum hñt ſe vt agēs & patiēs; ſicut in ſiſi dř de actione reſcindēte,& actione reſciſſoria,vt not.in c.tū ex literis,de in inte. reſti.& in l.ab hoſtib⁹,ff.ex q̄b.cau.maio.& 4
hoc mō debet intelligi tex. in l.litigatorib⁹,palle.& alia iu c
ra,ꝗ appellāt ſniam rē iudicatā,ēt ſi cōpetit facultas appellādi. hoc ēt reſpectu dico,ꝗ debēt iura intelligi, dū dñt ꝗ ſnia trāſit in rē iudicatā,id eſt cōtētū & deciſum ī ipſa ſnia: ſeu mā ipſius ſnię trāſit in rē iudicatā,id eſt aſſumit authoritatē rei iudicatę,vt eſt no.tex.in d.c. qđ ad cōſultationē, & ſm illū tex. ſunt intelligēda illa iura, q̄ dñt,ꝗ trāſit in rē iudicatā. aſſumit.n.poſt decēdiū authoritatē rei iudicatę; quaſi dicat prius erat res iudicata,ſed poſt decēdiū aſſumit authoritatē rei iudicatę: q̄a efficit irreuocabilis,ꝗ iuris authoritate cōpetit ex ea exceptio rei iudicatæ,q̄ fuit inducta ad iuris rigorē ſeruādū,vt eſſet finis litiū,vt no.in c.paſtoralis,§. q̄a uerò,de offi.dele.& ī l. q exceptionē,ff. de cōdi.
3 a inde. †Et ꝑ hęc decidiť alia q̄o,[a] nūq̄d añ lapſum decēdii poſſit ꝓpriè ſnia appellari res iudicata. Io.An. (vt patet ex ꝑdictis) ſentit ꝗ nō. gl.tenuit ꝯriū in d.l.1.& in l.litigatoribus,palle.Bar.ī d.l.1.diſtinguit,ꝗ aut ſumit res iudicata ꝓ ipſa ſnia, ſeu ꝓ cā deciſa; & tūc ꝓcedit opi.illius gl.q̄a ſta-
b tim eſt ſnia & res iudicata. ſi uerò ſumit res iudicata ꝓfectè & irreuocabiliter[b] adeò,ꝗ nō poſſit trāſigi;tūc ꝓcedit opi. ꝯria, quā tenuit Io. An.& eā attribuit Bar.canoniſtis ꝑ d.c.qđ ad cōſultationē;& ſic ꝓcedit.l.eleganter.§.ſi quis poſt,ff. de cōdi. inde. ſi uerò accipit res iudicata ꝓ effectu executionis ſnię,tūc ſubdiſtinguit. ſi uerò eſt effectus iuris;vt q̄a a iure ſit ſtatim executio,vt ī caſib⁹,ī q̄b⁹ſnia irrogat infamiā;tūc q̄a ſtatim ſeqť iſte effectus,vt ī l.furti,ff.de his q̄ no.infa.incōtinēti dř res iudicata. Quidā eſt effectus facti, vbi reqriť hōis executio, tūc quo ad id nō dř res iudicata:q̄a interim nō pt executioni mādari ſnia,vt in l.1. in prin.ff.nil noua,app.pen.Et q̄q̄ hæc verba Bar. prima frōte videanť exq̄ſita: mihi tñ nō placēt.dico.n. (vt patet ex ꝑdictis) ꝗ res iudicata dř incōtinēti, cū ſnia eſt ꝓmulgata reſpectu cōtētorū in ipſa ſnia.ſemel.n.iudicata ſunt,q̄ in ipſa cōtinenť.ſicut.n.ſnia dř lata reſpectu cauſæ agētis: q̄a iudicis officiū finitū eſt,vt in c.in lřis,de offi.dele.ita res dř iudicata reſpectu cauſę patiētis ſeu materiæ ipſi⁹ſniæ.Nec obſtat ꝗ poſſit appellari & retractari: q̄a ꝑ hoc nō pt argui,ꝗ res nō ſit iudicata:imò forti⁹ eſt hodie dicēdū:quia appellatio extinguit vř veri⁹ ſuſpēdit ꝓnūtiatū,vt ī l.1. ff. ad Turpil.& c.veniētes,de iureiu.& c.paſtoralis.§.ꝑterea, de offic. dele.ergo res fuit iudicata & tenuit iudicatū:quia extinctio vř ſuſpēſio ꝑſupponit habitū,vt ī l.decē,de uer.obli. & in c. ad diſſoluēdū, de deſpō.ip.quinimo dico,ꝗ ex toto effect⁹ ſnię.ſ.nō ſuſpēdiť ꝑ appellationē,vt dř ī c.ſi.de eo qui mit. 8

ī poſ.multò ergo forti⁹ pt dici res iudicata,ſi nondū fuit appellatū, licet appellari poſſit,ſed fateor,ꝗ añ lapſū decēdii,non hēt authoritatē rei iudicatę irreuocabiliter; & ſic loquiť.d.c.qđ ad cōſultationē; ſicut dicim⁹ ī ſiſi,ꝗ ꝑ miſſionē ex prīo decreto quis efficiť ver⁹ poſſeſſor ſaltē de iure canonico, ſed ñ icōmutabiľr,ſed ꝑ lapſū anni efficiť irreuocabilis,vt no.ic.q̄ñ §.ī aliis,vt lite ñ cōte.& ī c.cōtigit, ď do. & cōtu.& hāc ꝑtē,vt dicať res iudicata,licet poſſit appellari;tenet Hoſt.poſt Goff. ī ſū.e.tit.§.hoc āt. Ad l.elegāter.§.ſi quis poſt,palle.rñdeo,ꝗ pricipaľr loquiť ď re iudicata,a qua ñ pt appellari;ñ tñ ſequiť, quin & añ dicať iudicatā.vñ tex.poſtmodū ibi diſtinguit,ꝗ ſi fuit appellatū,ꝑt trāſigi; & ſic ꝑſupponit,ꝗ dř res iudicata,licet fuerit appellatū. nec reſpectu executiōis ꝑt dici res iudicata: quia is qui exequiť, ñ iudicat: imò mādat executioni rē ꝑ aliū iudicatā, vt ē tex. ī l. executorē,C. ď execu.rei iudi. & ſic ñ ꝓcedit illa Bar. cōſideratio. †Nūc ꝓ declaratione rubri. & ꝑdictorū q̄ro, quid ſit ſnia?[c] Sol. dic ꝗ ſnia ꝑt multipľr ſumi. q̄nq;.n.ſumiť ꝓ ſignificatione cuiuſq; oīonis: q̄nq; ꝓ opinione ī aliqua re,vt ī c.veniā.35.q.9.&ꝯ. dixi de feriis c.capellanus; & multis aliis modis ꝑt ſumi,ď q̄b⁹ ꝑ Hoſt.ī ſum. e.ti.in prin:ſed quo ad mām nřam ſnia ē diffinitio iudicialis cōtrouerſiæ finē iponēs. determinat.n.iurgātiū cōtrouerſias,vt l.i.ff. e.& c.iurgātiū.ꝯ.e. Dř aūt ſnia,q̄a iudex ſm qđ ſētit,declarat,diffinit & determinat lites & dubia īter ꝑtes l.ſicuti.§.ſed ſi q̄raľ,ff.ſi ſer.vēdi.& c.forus, iūcta gl.ꝯ.de uer.ſig.& ſciās ꝗ ſniarū tres ſūt ſpēs. q̄dā dř diffinitiua: q̄dā īterlocutoria:q̄dā hñs vim diffinitiuæ.gl.verò.2.q.1.in ſū.addit aliā ſpēm. dicit.n. ꝗ q̄dā ē ſnia ꝑcepti;& uide illā gl.q̄ ē optima ī mā nřa.Diffinitiua[d] ē illa,q̄ iponit finē toti cauſæ ī iudiciū deductæ,vt no.gl.ī cle.vna,de ſeq.poſſeſ.& fru.& ď diffinitiua:quia īponit finē cōtrouerſię,& finit iudicis offīn. †An aūt ſnia lata ſuper exceptione peremptoria dicatur diffinitiua, vide qđ no.in cle.ſi.de appel. in gl.2.

†Reperitur quędam quaſi diffinitiua,de qua per gl. in c. cōſultationib⁹,de offi.deleg.vt eſt ſnia lata ſuper poſſeſſorio.nam habito reſpectu,quia poteſt intētari poſtea petitorium, non dř ex toto diffinitiua. uide tñ qđ dixi in c.ſi.ꝯ.de iudi.Interlocutoria eſt illa,q̄ inter principium & finē cauſę ferť ſup his, q̄ incidunt vel emergunt,ut no.gl. in d.cle.1.de ſeq.poſſ.& fru.in uer.diffinitiua. & dicitur interlocutoria, uel quia iudex non diffinit cauſam, ſed interloquitur inter principium & finem: uel quia iudex inter partes loquēdo ſine ſolēnitate ſcripturæ pronuntiat,ut dicit Hoſt.poſt Gof. in ſum.eo.§.2.in prin. †Sed dubitať de ꝑcepto,qđ iudex ꝑ ſe uel nuntium facit de comparendo. gl. in auť. de hære. & Fal.§.illud.in uer.decreto,colla. 1.dicit, ꝗ eſt interlocutoria. Sed gl.in ea.auť. §. ſi quis autem non implens, dicit, quod eſt quaſi interlocutoria; & credo poſſe dici,ꝗ ſi cauſa erat inchoata ante præceptum, tunc dicitur verè interlocutoria:quia interlocutiuē ꝑcipiendo inter principium & finem cauſę: ſi uerò nondum erat inchoata; & tunc dicitur quaſi interlocutoria: quia non fit inter principium & finem, ſed ante. † Quædam ſententia non eſt diffinitiua: ſed

SEBA. SAPI.

a Alia qō. Adde gl.in c.nō ſolū,in uer. innouata, de ap.in 6. q̄ uult, ꝗ tūc ꝓpriè dř iudicatū,q̄n appellari nō pōt,& illā no. Gemi. ibi ad fi. prin.ad ſtatuta cuius meminit Feli. in c.ſi.in fi. ꝯ.e. & dicit eſſe addēdā hic, & ad hoc uide et Ro. in cōſil. 334.inc.circa principiū, in 2. col.

b Et irreuocabiliter. Adde Rom.cōſil.334.

c Quid ſi ſētētia. Adde Ioā.de Ana. conſil.16.

d Diffinitiua. Adde q̄ ſit ſētētia diffinitiua, q̄ interlocutoria,& q̄ ſit mīſta,Ant.de But.cōſil.6. Ang. conſil. 115.

a Ideo ſſimo ſic. Pondera, q̃a iſtud ſummariũ eſt ꝯ caſũ m.l.2.C. qñ pro uo.non eſt neceſſ. And.Barba.
b Appellatione canonũ. Adde, ꝙ in odioſis canonis appellatione uenit tñ papalis;ſecus in fauorabilibus ſecũdũ Cal.cõſi. 16.de conſti.
c Eſt nulla. qđ ſi ſnĩa ferať ꝯ cõſuetudinẽ? Ia.de Rauẽ. tenet ꝙ ualet: q̃a cõſuetudo cõſiſtit in facto, & ſic põt probabilius ignorari, q̃ lex.c. 1.de cõſti.lib.6. & ita no.ĩ l. 2. C.qñ ꝓuo. nõ eſt neceſ. & ibi Cy. ubi etiã not. qđ iuris, qñ lex habet plures ĩtellectus,& fertur ſnĩa ꝯ unũ intellectũ approbatũ per cõſuetudinẽ: ſecus ſi đ eo dubitetur, vt l. in lege,ff. de ꝯhẽ. empt. Andr. Barb.
SEB. SAPIA.
d Snĩa nulla. Hinc eſt ꝙ de ſnĩa nulla nõ eſt faciẽda mẽtio, ut ꝑ Feli.in c. ex tenore, col. 3. uer. de reſcripto nullo, ṡ.de reſcri.
e Strictè ſecus. Adde Ioã.de Ana. cõſil.83.& uide q̃ poſui ĩ §. cõdẽnatũ, in apo.ad Bar. de Tortis.
f Snĩa lata. Iſtam mãm totã reaſſumit Dñi.in c.in tãtũ,ĩ pe.& ult.col. 21.diſt.& ibidem lariſſimè.d.Bar.đ Bel. in ſuis recol.
g Notoriè excõicatus. Adde,ꝙ nec cõſenſu partiũ p̃t eius iuriſdictio ꝓrogari, vt ẽt uoluit Ro.cõſi. 148. ſed qđ ſi excõicatus nõ reputabať, uide Ro.ſing.ſuis fol.22.

habet uim diffinitiuę, ut qñ nõ ĩponit finẽ cauſæ:ſed nõ expectat aliã ſnĩam poſt ſe,vt cũ iudex ꝓnũtiat ſe nõ iudicẽ in illa cã, vt no.gl.ĩ auť.habita,C.ne fi.ꝓ patre,& ĩ c.ſignificãtibus,de offi.dele.& uide ꝑ Bar.de hoc ĩ l.Titia,ff.de accu.& qđ not.ĩ c.ꝑuenit.ĩ.de appel.Snĩa p̃cepti eſt, qñ iudex ſine cauſę cognitione aliquid p̃cipit extra iudiciũ; & hęc impropriè dř ſnĩa;& de hoc ꝑ gl.2.q.1.ĩ ſum.& ꝑ Inn.ĩ
9 c.ad aures,de tẽpo. ordi. † An uerò excõicatio dicať ſnĩa, & an trahať potius ad mãm interlocutoriarũ, q̃ diffinitiuarũ, uide ꝑ Inn.ĩ c.ꝑ tuas,de ſent.excõi.& ibi dixi, & gl.2.q.1. ĩ ſum.& ꝑ Io.An.ĩ c. venerabilibus,eo.tit.li.6. & ꝑ Archi.ĩ c. ut animarũ, de cõſti.eo.ti.li.6.ubi dicit, ꝙ ĩpropriè dř ſnĩa: quia potius punit, q̃ finẽ cauſę imponat. Abſolutio ẽt dř ſnĩa 11.q.3.c.2.& in rubr.de ſent. excõi.& abſolu. ſed impropriè rõne prædicta;& uide in locis preallegatis.

SUMMARIUM.

1 *Sententia eſt nulla, ſi error iuris in ea eſt expreſſus, & nume.4.*
2 *Sententia lata contra legem ciuilem eſt nulla, etiam in foro canonico:ſecus ſi eſt lata contra ſtatuta laicorum.*
3 *Sententia nulla non poteſt dici ſententia.*
5 *Caſus, in quibus ſententia redditur nulla, licet in ea error iuris non ſit expreſſus.*
6 *Sententia lata contra ius an & quo caſu ſit ipſo iure nulla, & nume.7.& 12.*
8 *Sententia continens plura capitula vel vnum, ſi in aliquo caſu ſit erratum, an ſaltem reſpectu reſidui valeat?*
9 *Sententia lata contra legem habentem plures intellectus non eſt ipſo iure nulla.*
10 *Iudex an teneatur in ſyndicatu, ſi iudicauit ſecundum opinionem multorum, quæ tamen non eſt vera?*
*Iudex non ſequendo communem opinionem eſt in culpa, niſi ſit falſa, vel poſſit probabilibus rationibus conuinci.*
11 *Appellans ſi ſuccubuerit, releuatur a condemnatione expenſarum, ſi vna opinio doctorum erat pro ipſo.*
12 *Sententia lata contra extrauagantes non incorporatas, non eſt nulla, niſi extrauagantes ſint multum notæ, & nume.16.*
13 *Sententia lata contra ius commune, non expreſſè ſed intellectualiter, non eſt nulla ipſo iure.*
14 *Sententia lata contra rationem legis, licet loquatur in alijs terminis, eſt nulla:ſecus ſi ſit lata contra ſimile alicuius legis.*
15 *Pœnalis diſpoſitio extenditur ad limites rationis expreſſæ.*
16 *Sententia lata contra ſtatuta particularia alicuius loci an ſit nulla?*
17 *Sententia lata contra conſuetudinem non eſt nulla, niſi conſuetudo ſit notoria.*
18 *Sententia lata contra priuilegium valet, quãdo ſumus in priuilegio, cuius pars poteſt renuntiare: aliàs ſecus.*
19 *Tacens non habetur pro conſentiente, quando, ſi expreſſe vellet conſentire, non poſſet.*
*Exemptus non poteſt renuntiare priuilegio exemptionis ſuæ.*
20 *Decretum poſitum ex falſa cauſa non tenet.*
*Decretũ iudicis an prabeat iuſtam cauſam poſſidẽdi.*
21 *Sententia adiudicationis ex ſecundo decreto dicitur interlocutoria, ex eo quia poteſt reuocari, quando patet, quòd non fuerat debitum.*
22 *Sententia nulla an conualidetur propter interpoſitionem appellationis?*
*Sententia lata contra falſum procuratorem non habẽtem mandatum eſt nulla.*
23 *Sententia nulla ex defectu ſolemnitatis poteſt confirmari per partes, quòd valeat tanquam pactum, & non tanquam ſententia, ſed non per viam appellationis.*
24 *Ratihabitio non trahitur ad ea, quæ non pendent ex voluntate partis.*
25 *Iudex qui tulit ſententiam nullam, an poſſit ſuper eadem cauſa iterum pronuntiare?*
26 *Iudex delegatus, qui probabili errore ductus tulit aliquam ſententiam, poteſt illam reuocare, & ſuper cauſa iterum pronuntiare; quod an procedat, vide nume.28.*
27 *Non facere & malè facere paria ſunt.*
28 *Si prouidetur alicui non idoneo ignoranter, prouiſio an ſit nulla?*
29 *Papa ſi mandet vt prouideatur Titio reperto habili de beneficio, ſi fiat collatio, & poſtea appareat inhabilis, an valeat?*
30 *Curator datur alicui tanquam prodigo, item minori, qui non ſit nec prodigus vel minor; an teneat?*

## CAP. I.

munis opinio doct. quia ſufficienter parti ſatisfactũ. Secus
eſt autem, qñ non eſſet ex toto ſatisfactũ parti. Exẽplũ actor
petiit rẽ ſibi adiudicari: reus cõtradicebat & petiit ſe decla
rari dominũ, & rem ſibi adiudicari. ſi iudex iniuſtè adiudica
uit rẽ actori, cũ deberet pronũtiare ꝓ reo: qa ipſe probaue-
rat ſe dominũ, & non actor; nõ ſufficit iudicẽ appellationis
pronuntiare bene appellatũ, ſeu retractare illã ſententiam:
quia licet ex hac gñali ꝓnũtiatiõe uideař reũ abſoluere; ñ

tñ declarat ipſum eſſe dñm ꝓut petebat.
Nã illa ſñia infirmatoria p̃t bñ hře effe-
ctũ ſuũ, ſ. abſolutoriũ, & p̃t eſſe abſolutio
abſq; eo, ꝙ res adiudiceř reo: qa ñ ꝓbat
hoc eẽ; qđ ab hoc cõtingit abeſſe, ut l. ne
q; natales, C. de ꝓba. l. nõ hoc, C. uñ cog.
& c. 2. de trãſla. epi. ergo dẽt ſupplere, ad-
iudicare; ut puta reuocamus talẽ ſñiam,
& ipſam reo adiudicamus: qa ꝓbauit ſe
dñm; & iſte iudicio meo eſt ꝓprius caſus
h⁹, c. in fi. Idẽ dico, qñ prima ſñia non eſt
ex toto iuſta: ſed indiget aliqua reforma-
tiõe, ut puta adiudicauit iudex actori rẽ
in totũ, ubi debebat adiudicare ꝓ p̃te: uř
cõdẽnauit reũ in mille, ubi dẽbat cõdẽna
re in cẽtũ. certe non eſſet ſatisfactũ, ſi iu-
dex appellationis ſimpř retractaret ſen
tẽtiã, uel pronũtiaret bñ fuiſſe appellatũ:
quia ex hoc retractaret totã primã ſentẽ
tiã, quod non eſt fiendũ, cũ debeat facere
illud, quod primus iudex debebat facere
tanq̃ in illius locum ſurrogatus: ſed dẽt
illam reformare diſtinguendo, & ꝓ p̃te,
adiudicando, ſicut primus debuiſſet face-
re. De hoc eſt tex. rotũdus. in c. Raynu. &
Raynal. de teſta. & tenẽt do. de Ro. ut di-
8 xi in c. cũ Ioãnes, de fid. inſtru. † Et tenet
idẽ Bar. in l. ſi exp̃ſſim, ff. de app. in ulti.
col. ubi dicit, ꝙ cauſa appellationis deuo
d luit totã cãm ad ſuꝑiorẽ, ut poſſit ſñiam
reformare[d] etiã ex noua cã, ut l. ꝑ hanc,
C. de tẽp. app. eũ ſi. Et idẽ (qđ plus eſt) di
cit in cã nullitatis, ut deuoluat totã cãm
ad ſuꝑiorẽ, ut poſſit totã cãm primam re
formare: qđ dicit multũ eſſe notãdum, &
idẽ uř ſentire Inn. in c. cũ contingat, de of
fi. dele. Ex his dico minus bñ dixiſſe Bar.
in d. l. eos. ubi dixit per illũ tex. ĩ uer. cum
ſuper omni cã, &c. qđ quecũq; ſñia p̃ceſ-
ſerit, ſufficit iudicẽ appellationis ꝓnũtia
re primã ſñiam iuſtã, uel iniuſtã. hoc. n. ñ
eſt uerũ indiſtincte, ut patet ex p̃dictis, &
ad illum tex. reſpondeo, ꝙ debet intelli-
gi quo ad effectum. debet enim pronun-
tiare iuſtam, uel iniuſtã, prout opus fue-
rit, diſtinguendo ſcilicet iuſtitiam, uel in
iuſtitiam, prout opus fuerit, ut probatur
in d. c. Raynaldus, & hoc per rõnes p̃di-
ctas, & facit. d. l. per hanc; & ꝑ hoc diligẽ
ter notabis. † Venio ad gl. & opp. ꝯ text.
uideř. n. ꝙ etiam ex alio capite ſñia prio
ris iudicis fuit nulla, quia ſine citatione
ꝓceſſit ad ſententiam contra. c. cõſuluit,
de off. deleg. & l. de unoquoq;, ff. de re iu
dic. Sol. dicit primò glo. ꝙ ex quo termi-
nus fuit appellationi p̃fixus, & iſte in ter
mino appellationẽ nõ p̃ſentauit; perin-
de eſt, ac ſi fuiſſet citatus perẽptoriè[e] ut
in c. ſæpe, de appel. d. Ant. dicit & bñ, ꝙ
gl. male allegat illud. c. ſępe: qa loquitur
quo ad proceſſum fiendũ ꝑ iudicẽ appel
lationis. & dic ut ibi: ſed loquimur de ꝓ-
ceſſu facto poſt lapſum termini per iudi-
cẽ, a quo: dictum tamen glo. placet, ſed ñ
illum text.[f] ſed per c. cum qui, de dolo,
& contuma. lib. 6. † Aduerte diligenter,
quia per hoc multum extẽdereř iſte tex.
nã illud. c. loquitur, quãdo qs appellauit

SEB. SAPIA.
a Cõfirmo. Vide la
tè ꝑ Ang. Aret. in
l. ſi expreſſim, co.
40. uerſ. q̃ro đ for
ma, ff. de ap. Bal.
& Sal. ĩ l. eos, C. e.
ti. Ale. in l. ĩ ſum-
ma, ff. de re iudi.
b AEquipollẽs. Ad
de Ang. cõſ. 275.
SEB. SAPIA.
c Reformare. Vide
Pe. de Anc. ĩ c. pe.
in 4. no. ĩ. de app.
Bar. ĩ l. Titian⁹, ff.
qđ cũ eo. Ab. in c.
Raynutius, col. 4.
ĩ. de teſta. AEgid.
Bella. deci. 1203.
inci. concluſio, ꝙ
ſi auditor.
d Reformare. Adde
Alex. conſi. 79.

e Perẽptoriè, adde
Ro. cõſ. 176. ubi
dicit, ꝙ citatio ñ
requiriř, ubi con
uẽtiõe partiũ, uel
ſtatuto p̃fixus eſt
terminus ad au-
diendã ſñiam.

f Per illum text. tu
dic, ꝙ imò ꝓbat,
qa ſi p̃õt ꝓcedere
qñ ñ p̃fixit termi
nũ, multò forti⁹,
qñ p̃fixit & elap-
ſus eſt. And. Barb.

a Præfigẽdo terminũ. Vide Ro.deci. 33.in tit. de app. in nouis, & Io.de Ana.in c.fi. j. de acc.ubi examinat dictũ Inn. ibi qđ dictũ dicit ſingulare Ro.ĩ ſin.165. inci.iudex a quo. Tñ cõĩt reprobari atteſtať Feli.in c.cũ Bertold⁹,co. 6.j.e.& Feli.in c. prælatorum, col. 6.uerſi.2. caſu, j. de accuſa.

SEB. SAPIA.

b Rerũ eccleſiaſticarũ. Vide Cal.in cõſ.ult.ſub tit.de cõſue. Et Ro. ſub eo.ti.deciſ.prima ubi dicit ualere cõſuetudinẽ contra ſolẽnitates inductas a iure ciuili ĩ alienatiõe rei eccľiæ,& hoc ſentit Ro. in ſi 756. inci. tu ſcis ꝙ res eccleſiæ. Alex. in cõſi.79. inci. circa primũ,co.4. in 1.uol.& hoc dedu cit ad ꝓpoſitum do.me⁹.d. Roch⁹ Curti⁹ in c.fi.co. 76.uerſi. ſecundò infertur. s. de cõ ſue.ubi plura per eum.

c Solẽnitates inductas ĩ alienationibus re.ex.per auth. hoc ius porrectũ, cõſuetudo p̃t tollere, & diminuere.Sed ſolẽnitates inductas ꝑ. c.ſine exceptione 12.q.2.nõ p̃t conſuetudo ẽt clericorũ tollere, & iſta eſt ueritas, & ita cõiter cõcludũt Cano. p⁹ Io. An.ĩ d.c.nulli firmat.Im.in c.1. in 7.col. de his quæ fiũt a p̃la.ſine conſen.c.& limita,ut ibi ꝑ eũ, & ſic eſſet cõſulẽdũ.ꝙ cõſuetudines, q̃ in multis locis aliter ſeruãtur,nihil ualent, de quo ẽt uide latè ꝑ Bald. aliter diſtinguentem in dic.authẽtic.hoc ius porrectũ,in 3. col. & in c.1.in princ.in

a iudicis interlocutoria ſnĩa,qua non ob
ſtãte iudex reputãs illã friuolã uult ꝓce
dere ad ultẽriora;& dř ibi, ꝙ p̃t ſine alia
citatiõe:qa appellãdo uř ille ꝓteſtari, ꝙ
ñ uult ampli⁹ corã illo cõparere:ſed nos
hic loquimur,qñ iudex,a quo,p̃fixit ter-
minũ appellãti,& ſuꝑſedit negotio uſq;
ad finẽ termini uñ nũc dubito, an iudex
poſt terminũ poſſit ꝓcedere ſine nouaci
taciõe,cũ ſumus extra caſum illius.ca.eũ
q,& loquor eo caſu,quo ſi nõ appellaſſet
11 fuiſſet opus citatiõe.† Itẽ eſt & aliud du-
biũ,an iudex,q p̃fixit terminũ ad appella
tionẽ ꝓſequẽdã, nec aliter appellationi
detulit,poſſit pendẽte termino ꝓcedere
ꝯ appellãtẽ,& ſic ſit locut⁹ pẽdẽte termi
no.d.c.eũ q.& ſi tenem⁹ ꝙ ſic, quaſi p̃figẽ
a do terminũ [a] nõ detulerit appellatiõi,ut
p̃dixi,tũc poterit forti⁹ ſine citatiõe ꝓce
dere poſt terminũ,cùm ſit tũc deſerta ap
pellatio.j.ti.ꝓxi.c.ꝑſonas. ego credo; ꝙ
pẽdẽte termino nõ poſſet ꝓcedere,ar. c.
cũ ſit.j.ti.prox.ibi dř,ꝙ ex tũc ſeqť, ſ.cũ
nõ ꝓſequiť in termino, cogiť ſtare iudi-
12 cio iudicis,a quo;ergo nõ pri⁹. † Itẽ p̃fi-
xio termini hẽt uim cuiuſdã dilationis:
ſed pendẽte dilatiõe iudicis ad unũ actũ
nõ dẽt iudex procedere ad aliũ actũ,ma-
ximè ſine citatiõe:qa interim iudicis of-
ficiũ cõquieſcit,ut in l.ſiue pars,C.de di-
la.& c.ſignificãte,de app. facit qđ not. in
cle.ſępe,de uer.ſig. in uerbo,poſt dilatio
13 nẽ,q̃ eſt notabilis. † An aũt lapſo termi-
no,& ſic deſerta appellatiõe poſſit ꝓce-
dere ſine noua citatiõe?credo ꝙ ſic,quaſi
nõ cõparẽdo poſt terminũ uideať cõfir-
mare id,qđ tacitè fuerit ꝓteſtatus appel
lando,ſ.ꝙ ulteri⁹nõ intendit cõparere co
14 rã eo. † Et ꝓ hoc uide Inn.in c.ex rõne,
de app.ubi ſingulř dicit,ꝙ ſi appellatio ẽ
deſerta ꝑꝑ non ꝓſequi in termino, põt
iudex,a quo ꝓcedere ad executionẽ ſnĩę
ſine noua citatiõe.Pręterea iudex, a quo
potuiſſet illico ꝓcedere, ſi nõ pręfixiſſet
terminũ.d.c.eũ qui.ſublato ergo termi-
no,& ſic dilatione data appellãti, rema-
net iudex in priori ſtatu,ar.c.cũ ceſſante.
j.ti.ꝓxi. & ex his p̃t ſuſtineri dictũ gl. &
no.eã iũcto tex.& hẽs ex p̃dictis duas ſin
gulares limitationes ad d.c.eũ q. Dices
tu,quare ergo fuit retractata hęc ſnĩa,ex
quo iudex ritè ꝓceſſit? Dic ꝙ proceſſit
rite,ſed non rectè: qa fundauit ſe ſuꝑ ini
qua & irrationabili cõſuetudine,ut ſatis
15 col igitur ex ſnĩa papę.† Qualis aũt erat
hæc cõſuetudo,colligiť ex gl.ſequẽt. ubi
dř,ꝙ fortè hẽbat, ut ualeret uẽditio fa-
cta a ſolo prælato: licet non probaretur
preciſè uerſum in utilitatẽ eccleſiæ,quę
nõ ualuit,quia iuri contraria. & mala in
præiudiciũ eccleſiæ.Noţ. hanc gl. ex qua
collige, qđ cõſuetudo nõ põt diminuere
ſolẽnitatẽ inductã in alienationib. rerũ
eccleſiaſticarum. b Et idẽ ſentit hic Ioã.
Andr. dicens eã nõ ualere: quia grauamen eccleſiis inducit,ſuprà de cõſue.c.1.
& uidde latius ꝑ Io.An.in c.nulli,de re-
c bus eccl.nõ alie.ubi dicit,ꝙ ſolẽnitas [c] c.

ſine exceptione. 12.q.2. non poteſt per conſuetudinem tol-
li;facit qđ not.in c.1.de rebus eccle.non alie.lib.6. & dico
tex.eſſe iuncta gl.ſed ſolennitas authentic.hoc ius porrectũ
C.de ſacroſan.eccl.ſic idẽ dicit,ꝙ ſolennitates ad illud.c.ſi-
ne exceptione,põt conſuetudo addere; quod no.diminuere
aũt nõ;facit quod no.in c.quod ſuper his, de conſangui.&
affini.& ſ̃m prędicta põt intelligi, qđ no.glo. in auth. hoc
ius porrectum.ubi dicit ualere conſuetudinem; ut nõ ſeruẽ-
tur ſolennitates illius auth.& idẽ tenet in l.de quib.ff.de le
gi.Sed Bar.in d.authen.dicit, ꝙ ſi eccleſia acceptaſſet pro ſe
ſolennitates illius authen.quę eſt canonizata.10.q.2.c.hoc
ius porrectũ,nõ ualeret conſuetudo in ꝯrium, quia eſſet cõ
tra libertatem eccleſiaſticã, cùm hoc ſit conceſſum eccleſiæ
in priuilegiũ,ut nõ poſſit fieri alienatio ſine illa ſolẽnitate;
& conſuetudo ꝯ libertatẽ eccleſiæ non ualet,ut in auth.caſ-
ſa,C.de ſacroſanctis eccleſiis,& de ſent.excom.c.nouerit,&
c.grauẽ.ſed eccleſia nõ acceptauit illud priuilegiũ: ſed indu
xit aliã ſolẽnitatẽ,de qua in d.c.ſine exceptione; & ideo nõ
eſt neceſſaria illius auth. ſolennitas; allegat notata in d.ca.
1 & dicit ꝙ ibi hoc tenet Innoc.& glo.Et no.diligenter di-
cta Bar.& rationem.ex qua infertur, quòd ſolennitates iu-
ridicè introductę ab habente poteſtatem in alienatiõe re-
rũ eccleſiaſticarũ non poſſunt conſuetudine tolli. Itẽ, ꝙ nõ
eſt neceſſaria conſuetudo ad tollendũ ſolennitatẽ illius au
thenticæ:ſed ſatis eſt, ꝙ eccleſia non acceptauit ꝓ ſe; poſſet
ergo induci conſuetudo,ut illa ſolennitas ſeruareť: & ſic li-
mito illud dictũ Io.And.in d.c.nulli: uel dic extra gloſſ.ad
principale quæſitum ſ̃m Hoſt.& Io.An.† Quòd fortè erat
conſuetudo, quòd ex uenditione facta ſine traditione trã-
ſiret dominium;& no.hoc dictum: uel erat conſuetudo, ut
intra annum & diem teneatur eccleſia uendere poſſeſſionẽ
ſibi relictã contra id,quod legitur in c.1..de immuni.eccleſ.
lib.6.in fi.Vel pone exemplum ſecundum eos,in c.quę in ec
cleſiarũ,de conſtitutioni.† Ad unum tamen aduerte in eo,
17 quod iſta gl.ſenſit, ꝙ ualet uenditio a ſolo prælato facta, ſi
precium probatur uerſum in utilitatem eccleſię, ſaltem ſi
hoc habet conſuetudo; quod ego non puto uerum primò,
quia non ſufficit rem alienare in caſu licito, niſi etiam ſer-
uetur ſolennitas a iure introducta, ut apertè probatur in
capitulo ſine exceptione 12. quæſtione ſecunda, & in dicto
capitulo primo,de re.eccleſia.non alie.libro ſexto. Nec cõ-
ſuetudo poteſt detrahere ſollennitati,ut dixi ſupra, & etiã
audeo dicere, quòd emptor hoc caſu non poteſt etiam re-
petere precium: ſed illud amittit: quia contra ius emit,
& etiam tenetur reſtituere fructus perceptos, ut probať in
leg. iubemus nulli, C.de ſacroſanctis eccleſiis, & ex contra
ctu contra ius nunquam quis lucratur fructus,ut leg.prima,
& qđ ibi no.Bar.C.de re.decu.ſine decre.non alie.lib.10.Fa
teor tamẽ,ꝙ eccleſia poſſet talem contractum alienationis
approbare, ſi caderet in fauorem ſuum aliquo reſpectu per
tex.ſingularem in c.ſi qua de rebus.12.q.2.uide gl.in c.1.ne
ſede uacante;& hoc ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Sententia continens manifeſtam iniquitatem eſt nulla,licet cauſa ſit commiſſa appellatione remota.6.intellige ut in nume.7.*
2 *Clauſula,appellatione remota,importat quòd a ſententia lata non poſſit appellari,niſi ex cauſa in iure expreſſa,uel notorio grauamine.3.& dicta clauſula, non tollit remedium nullitatis.4.*
5 *Clauſula,appellatione remota,quid operetur.*
8 *Sententia recipit interpretationem ex actis.*
*Sententia,in qua eſt error expreſſus,an & quando ſit nulla.*
*Sententia referens ſe ad acta,& in actis aliud appareat,an ſit nulla?11.*
9 *Sententia dubia continens cauſam falſam,an & quando ſit nulla.*
*Excommunicatio lata per errorem cauſæ uel facti an teneat.*
10 *Sententia,quam euidenter conſtat latam fuiſſe ex iniuſta cauſa,qua tamen non eſt expreſſa,eſt nulla.*
12 *Quando agitur de nullitate,an ſit ſeruandus ordo iudiciarius?*

CAP.



fi.1.col. đ feu.da. poſ.ꝑ Fed.đ Se.ꝯſi.137.dicit etiam Bal.ĩ ru.C.quæ ſit lõ. ꝯſũ. circa fi.ꝙ poſito, ꝙ tales ſolẽnitates poſſẽt ꝑ ꝯſuetudinẽ diminui,reqrereť tñ in tali conſuetudine ſpatium. 30.an.& an ſufficeret ꝯſuetudo lõga.x. ann. puto, ꝙ debuerit dicere đ ꝯſuetudine.40.an. 30. nõ, & ſic p̃ſcripta, qa de iure cañ.reqriť ꝙ conſuetudo ſit inducta.40.an.maximè ſuꝑ aliena. re.eccle.

ANT. FRAN.

An ſolẽnitates requiſitæ in alienatione rer.eccl.de quibus in.c.ſine exceptiõe.12.qõ.2. & in.c.nulli,de reb⁹ ec.nõ alie.poſſint tolli ꝑ cõſuetudinẽ uel ꝑ ſtatutum laicorũ,ẽt ſi ꝑ ſpatiũ. 30. an. fuiſſet talis ꝯſuetudo obſeruata,uiđ gl.in. l.diuturna,ff.đ le. & Pau.đ Caſ.in.l. ẽt.ff.ſol.ma. & in authẽ.hoc ius porrectũ,C.đ ſac.ſan. ecc.ubi ponit quãdã ſuã diſtinctionẽ. ego aũt puto, ꝙ ſolẽnitates itroductæ ex diſpõne iuris canonici ꝑ ꝯſuetudinem uel ſtatuta laicorum nullo mõ poſſint tolli ex defectu ptãtis iporũ laicorũ,q circa diſpoſita a iure cano. & ſpũalia nullã uidẽtur hr̃e ptãtẽ, niſi interuenire con ſenſus papæ tacit⁹ uel expreſſ⁹,ꝑ no. pleni⁹ in c.eccľia ſanctæ Mariæ, de cõſt.& uide Fed.đ Señ.ĩ cõſ.137.& ꝑ do. Abb.in.c.cum ĩ officiis, de teſt. & ꝑ In. in. c.1.de his quæ a p̃l.fi. ſine conſenſu ca.

a Manifeſtam iniquitatem. tu põdera, qa ꝯ iſtũ text. eſt caſus i.l. ciues,C. de appel.ubi ſnĩa ꝯtinẽs manifeſtã iniuſtitiã partis ẽ iniqua, & tenet,ſi ñ appelleť, hic dicitur ꝯriũ, qa male.unde gl. ibi facit differẽtiã iter notoriã iniuſtitiã

C A P. IX.

INter cæteras.† Põt intel-
ligi uario modo & ꝑ cõſequẽs
uario modo ſummari. d. An.
ſummat ſic. ſentẽtia cõtinẽs in ſe mani-
feſtã iniquitatem retractať, ñ obſtãte ꝙ
1 cã fuerit appellatione remota cõmiſſa.
Hæc ſummario ẽ uera in ſe ſ̃m unũ mo-
dũ intelligẽdi: ſed ſ̃m aliũ intellectũ no
tabiliorẽ ſummo ſic. Nulla ẽ ſentẽtia cõ
a tinẽs manifeſtã iniquitatẽ. [a] Vel aliter
ĩtelligẽdo ꝙ ponat duos caſus. Sẽtẽtia
iniqua retractať ꝑ ſuperiorẽ,licet cã fue
rit appellatiõe remota cõmiſſa. Si aũt ꝯ
tinet manifeſtã iniqtatẽ, eſt nľla. Caſus
lr̃alis. Aliqua cã cõmiſſa ẽ appellatione
remota. iudex tulit ſnĩam iniq̃ ꝯ ius ſcri
ptũ,uel expreſſo errore in ſnĩa.talis ſnĩa
ñ tenet,cũ iniqtatẽ cõtineat manifeſtã.
Ber. Notabilia poterunt colligi declara
to ĩtellectu c.ideo uenio ad declaratio-
nẽ.Et opp. ꝯ tex. primò đ ꝯrietate & re-
pugnãtia lr̃ę ĩ eo,ꝙ primò dicit ſentẽtiã
iniquã euacuãdã, & ſic p̃ſupponit ualidi
tatẽ:qa ꝙ nullũ ẽ,euacuari nõ põt, de de
ſpõ.imp.c.ad diſſoluẽdũ,ff.de uer.obl.l.
decẽ,&.32.qõ.2.c.qđ uerò ñ formatum:
tñ poſtea innuit eã eſſe nullã in eo, ꝙ ꝑ
uerba p̃ſentis tẽporis,dicit,*nec ei dẽt ſtari,&c.*facit ꝙ in ſimili no.in.c.quiſquis, de
2 ele.† Itẽ obſtat & aliud: qa cũ cã fuiſſet
cõmiſſa appellatione remota, nõ poſſet
p̃textu iniqtatis appellari,niſi ex cã ĩ iu-
re expreſſa,ut ĩ.c.paſtoralis,đ appe.Sol.
dico ꝙ tex.p̃t ĩtelligi dupliciter. Primò,
ꝙ ꝯtineat unũ caſũ. Secundò ꝙ cõtineat
duos.ſ̃m primũ intellectũ põt intelligi
multipliciter.Primò ꝙ hęc ſententia re
3 tracteť ꝑ uiã appellationis. † Nec obſtat
clauſulã,appellatione remota: qa illa nõ
impedit appellationẽ ex notorio graua
mine ĩterpoſitã, ut ẽ gl.multũ notabilis
in.c.ex cõqueſtiõe,de reſt.ſpo.ubi dixi.q
vř ſingulariter ꝓbari ꝑ iſtũ tex. ſ̃m hũc
intellectũ ĩ eo, ꝙ hic põderať manifeſta
iniqtas,& tenet hic.d.An.ſicut .n. admit
tiť appellatio ĩ caſib⁹ iure expreſſis pro-
pter notoriã & iuſtã cãm.d.c.paſtoralis;
ita uel ſubeſt notoria iniuſtitia.eadẽ em̃
ẽ rõ ĩ vtriſque.ñ cm̃ eſt ueriſimile,ꝙ ſu-
perior uelit tolerare iniuſtitiã notoriã,
ut ĩ cle.paſtoralis,đ re iud.facit ꝙ habeť
s.ĩ proœ.&.4.diſt.c.factę ſũt,&.c.erit au
tẽ lex;& tũc uerbũ,euacuari, ſtat ꝓpriè.
Ad uerbũ autẽ,nec ei ſtari dẽt, dic ꝙ nõ
dẽt ſtari,ſi ab ea fuerit appellatũ,vt ſẽtit
gl.1.hic.uel meli⁹ dico, ꝙ ñ dẽt ei ſtari.
ſ.uirtute illi⁹ clauſulę,appellatiõe remo-
ta,quomin⁹.ſ.poſſit appellari & retracta
ri. Sc̃dò p̃t ĩtelligi,ꝙ retracteť đ facto ꝑ
uiã nullitatis ex eo,ꝙ ꝯtinebat ĩ ſe mani
feſtã iniquitatẽ;& hoc dupliciter,qa aut
error iuris erat ĩ ſnĩa expreſſ⁹, quo caſu
ĩdubitãter ſnĩa ẽ nulla;& ſic ĩtelligit gl.
2.ut patet in iurib⁹ ĩ ea allegatis, uel qa
ali⁹ error erat ĩ ſnĩa exp̃ſſus. & hũc ẽt in
tellm̃ ponit & ſeqť.d.An.hic, dicẽs hoc

maxĩe ꝓcedere,qñ cã iniqua ſeu error ex
p̃ſſus cõtinet aliqd,qđ ẽ ĩpoſſibile, iuxta
no.ĩ.c.ꝑ tuas,de ſen.exc.facit qđ no.Io.
An.ĩ cle. paſtoralis,đ re iud.& hunc arti
culũ lati⁹.j.reaſſumã. Et tũc ad tex.dic,
ꝙ uerbũ,euacuari, dẽt ĩtelligi & referri
ad factũ,ſicut de facto ꝓceſſit,ut ĩtelligit
4 gl.1.† Nõ ob.remotio appel.qa illa clau
ſula ñ tollit remediũ nullitatis vt penit⁹
ſeparatũ facit qđ leg.& no. in.c.licet,de
ſent.exc.li.6.Itẽ puto, ꝙ poſſit appellari
ꝑꝑ manifeſtũ grauamẽ,ut.s.dixi.Nã & a
ſnĩa nulla appellari p̃t, ut plenè no.j.ti.
ꝓx.c.dilecto. Sc̃dò mõ p̃ricipaliter p̃t ĩ-
telligi,ꝙ iſta decretalis ꝯtineat duos ca
ſus.Prim⁹,vt ſnĩa iniqua,licet ñ ꝯtineat ĩ
ſe manifeſtã & notoriã iniqtatẽ, poſſit
5 retractari,ut.s.c.ꝓx.† Non ob. remotio
ap.qa licet illa cľã opeť,ut virtute applĩõ
nis ñ ſuſpẽdať iuriſdõ iudicis,à quo,quo
min⁹ poſſit illã exeq applĩone ñ obſtãte,
ut ĩ.c.paſto.§.p̃terea,đ of.del. ñ tñ tolliť
applĩo reſpũ iudicis,ad quẽ, q ex graua-
mine ſeu iniuſtitia p̃t applĩonẽ recipere
& ſnĩam retractare,ut notabilř ꝓbať ĩ.d.
6 c.paſtor.† Vñ tex.dicit hic ſimplř,*eã euacuari oportet*;qđ dẽt ĩtelligi mõ p̃dicto; &
iſte prim⁹ caſus poniť vſq; ad uer.*nec dẽt ei &c.*ubi mutat caſũ,& ponit,qñ ſnĩa ꝯti
net manifeſtã iniqtatẽ;quo caſu ñ dẽt ei
ſtari,qa ẽ ip̃o iure nulla,& ſic ñ ẽ op⁹, ut
alř euacueť;nec.obſt. remotio applĩonis
rõnib. p̃dictis.Ex his habes hic caſũ ual-
de notabilẽ,ꝙ ſnĩa ꝯtinẽs manifeſtã ini-
qtatẽ ẽ ip̃o iure nulla; & cũ nil dicat, ꝙ
iniqtas ſit ꝯ ius ſcriptũ,ĩtellige ĩdiſtictẽ.
7 † Sđ q̃ro nũqd hoc ſit verũ ſimplř? Aduer
te,qa hęc qõ ẽ notabilis,& ſępe dubitaui
& ultra alios diſtĩguo ſic. Aut ſnĩa cõti-
net errorẽ,ſed nõ exp̃ſſum,p̃t tñ ex actis
colligi.Aut cõtinet cãm notoriè falſam
ſeu iniuſtã.Aut nullã talẽ cãm hẽt in ſe:
ſed alṡ ẽ notoriũ,ꝙ ex iniuſta cã ferť.Pri
mo caſu dic,ꝙ ſnĩa ẽ ip̃o iure nulla,licet
error ꝯſiſtat ĩ fcõ,& ñ ĩ iure.tex. ẽ apert⁹
ĩ.l.1.§.1.q̃ ſent.ſine appel.reſcĩ. ubi dř.ꝙ
ſi iudex ſic ꝓnũtiat,qa ꝯſtat Titiũ debere
Sẽpronio quĩquaginta ex tali ſpẽ,&.30.
ex tali:iõ cũ ꝯdẽno ĩ cẽtũ:talis ſnĩa citra
remediũ applĩonis uenit corrigẽda. Et
idẽ no.gl.& Bar.ĩ.l.unica.C.đ error.cal
cu.Aut error ñ fuit exp̃ſſus ĩ ſnĩa,ut puta
in terminis p̃cedẽtib⁹ cõdẽmauit Titiũ
b in cẽtũ errãs in calculo,[b] ubi dẽbat cõdẽ
nare.in.80.hic ſunt opi.gl.ĩ.d.l.unica;di
cit ꝙ ſnĩa tenet,nec dẽt reuocari,ſi ñ fuit
appellatũ,& hoc ꝑ textũ illi⁹.l. q̃ intelli
git.ſ.qñ error ñ fuit in ſnĩa expreſſ⁹.Illã
gl.damnat Iac. de Are.† Quòd ſnĩa ſẽ ꝑ
c referť ad acta,[c] vt.l.pe.C.đ ſẽ.q̃ ſine cer.
q̃ti.&.l.ait p̃tor.†.1.ff.đ re iud.& ideo ſa
tis ẽ,ꝙ error ex actis appareat, et ĩducit
ẽt tex.ĩ.d.l.1. ñ ergo dẽt ſ̃m cũ diſtĩgui;
an ſit error exp̃ſſ⁹ vel ñ,dũmodo ex actis
colligať.hãc opi.vř ſeq Paul.de Leaz.ĩ.in
cle.paſtoralis,đ re iu.& Do.đ Rot.deci.
228.ſđ Bar.ĩ.d.l.una,dicit ꝙ ꝓ opi.gl.vř
tex.ĩ.l.p̃ſes,ff.đ re iud.&.l.2. C.qñ pro.

& manifeſtã, cum qua tranſeunt ibi. do.põdera,qa p̃t dici,ꝙ d.l.ciues, loquiť qñ poterat appellare,& ñ appellãdo uř approbare illam iniuſtitiã, iõ ſibi ĩputet, iõ ualeť ſnĩa, ſed hic ñ poterat appellare, iõ reddiť nulla talis ſnĩa, qa nõ p̃t ſibi iputari, ꝙ non appellauit,& iõ p̃t ſummari,ꝙ ſnĩa cõtinẽs manifeſtã iniqtatẽ, a qua pars non p̃t appellare, reddiť nulla ip̃o iure,ſec⁹ ſi p̃t appellař,qa tunc tenet, & ſibi imputet. uel p̃t dici,ꝙ hic poniť manifeſtũ pro notorio, & concor.cũ. d.l. c u.s.And.Barba.

ANT. FRAN.

Vtrũ error calculi reddat actum ipſo iure nullum, dicas,ꝙ calculus erroneus debet reuideri & retractari,etiam ſi ſtipulatio interceſſerit, niſi forſan ſuper eo ſit lata ſententia,uel tranſactio ut in l.1.& ibi per Bald. & do. C.de err.cal.& per Bar. in.l.1.in.1.col.C. de iu.fi.lib.20.qđ intellige uerum, quando error, eſt magnus. ſecus ſi eſſet modicus, quia tũc ñ uitiaret,ut i.l.q̃uis, & ibi ꝑ doct.ff.de condi.& demõ.& ꝑ Bal.i.l.1.i fi.C.ſi aduer.ſol.& an error calculi poſſit obiici in cã appellationis,ſi nõ fuit allegatus in cã principali,uide ꝑ Pau.de Ca. plene in conſi.34.

b Errans in calculo. Adde Fed. in con. 128. & 268.

SEB. SAPIA.

c Ad acta. Vide Anto.in.l. ſi pars, ff. de iudi. ubi di-

cit, ꝙ nullitas, quæ cõſtat ex actis, dicitur euidens; de quo vide ꝑ Abb. ĩ conſi. 44. inc. in p̃ſenti q̃one, ĩ i. vo. & Alex. in l. de pupillo. §. qui opus, co. pe. ff. đ ope. no. nũt. & nunq̃d notoria nullitas dicatur, q̃ cõſtat ex actis, vide plura ꝑ And. Sicu. in cõſi. 38. incip. ꝑclarè ſcripſit pſalmiſta, in 2. vol. cũ multis allegatis ꝑ Deciũ in c. ex inſinuatione. col. fi. infra, de appel.

a Quod per A. & B. Adde Alexan. conſi. 123. lib. 1.

b Falſam cauſam. Adde Alexan. conſi. 74. lib. 3.

SEBA. SAPI.

c Aut cã. vide Car. in cle. paſtoralis, ĩ ver. rurſ⁹, de re iu. & latè d. Anto. de But. ĩ c. fraternitatis. j. de frig. & maleſi. col. 3. vbi dñr, ꝙ ſufficit, ꝙ talis notorietas appareat ex libello. vide eũ idem do. An. c. ab excõicato, col. 8. ſupra. de reſcri.

SEBA. SAPIA.

d Iniuſtum. vide allegata ꝑ Fel. in c. cũ ordinẽ, colũ. 8. ver. ſecunda declaratio, ſ̃. de reſc. vide ẽt ad hęc Car. ĩ conſi. 56. inc. dũ reuerẽdus, & Abb. & ibi latè And. Sic. in. c. ſi qñ, ſ̃. de offi. dele. & Abb. ĩ c. ſuborta. j. e. & in c. cũ apoſtolus, infra. de cenſib.

e Sententiam nullã. Adde Oldr. conſi. 106. Abb. con. 55. Relationem ad acta. Adde Paul. de Caſt. conſi. 319. in primò impreſſis.

nõ eſt neceſ. ideo diſtinguo ſic, qđ aut error eſt expreſſus in ſnĩa; & tũc eſt ipſo iure nulla. d. l. i. & l. ii. C. qñ prou. nõ eſt neceſ. Qñq; nõ eſt expreſſus error in ſnĩa, ſed apparet in actis, & tũc aut ſnĩa eſt lata per reuelationẽ ad illa acta, in quib⁹ eſt error; & uŕ error eſſe in ſnĩa, ut in p̃dicta l. pe. C. de ſen. quę ſine cer. quam. ꝓſe. & l. ait prętor. §. i. ff. de re iu. iuncta gl. Aut eſt lata ſnĩa ſimpliciter: & tũc quædã ſũt acta, ad quæ de neceſſitate refertur ſnĩa, vt libellus. l. vt fundus, ff. cõmu. diui. Item ſententia appellationis de neceſſitate refertur ad primam ſententiã: qa iudex approbat, vel improbat eã, vt l. eos, C. de appe. & ii. q. vi. c. ei q app. in fi. & hoc caſu, ſi in libello, vel prima ſnĩa eſt error expreſſus; ſententia ſimpłr lata vŕ eundẽ errorem cõtinere; meritò eſſet nulla. d. l. i. §. i. ff. q̃ ſen. ſine app. reſcin. Et hoc caſu poſſet eſſe vera opi. Iac. de Ra. ſ̃m eum. Si verò appet error ex aliis actis, ꝑ hoc nõ redditur ſnĩa nulla; & hoc caſu procedit gl. in d. l. i. C. de erro. calcu. & l. i. ff. q̃ ſen. ſine appel. reſcind. pro his dictis Bar. facit c. cũ Bertoldus, & qđ ibi not. Inn. j. e. vbi dixit ꝑ illũ tex. ꝙ ſi iudex dixit, ꝙ per A. & B. [a] teſtes probatũ fuit iõ in centum te condẽno, ꝙ ſi ex actis apparet ꝑ illos nõ eſſe probatũ, nõ valet ſnĩa, licet aliud ſenſerit in c. qm̃ cõtra, de proba. vbi dicit, ꝙ pars nõ dẽt admitti ad probandũ iniuſtitiã, q̃ colligiť ꝑ relationẽ ad acta obſtãte exceptione rei iudicatę: ſed primũ dictũ eſt veri⁹ & cõius. Ex his tñ colligitur mẽs Inn. ꝙ vbi iudex ñ retulit ſe ad acta, nõ debet pars admitti ad probandũ errorẽ, vel iniuſtitiã q̃ colligi p̃t ex actis; qđ facit ꝓ opinione gl. & Bar. ꝯ alios; & hęc opin. mihi placet: qa potuit iudex aliũde motũ ſui animi informare; ad hoc adduco tex. vade notabilẽ cũ ibi no. j. e. c. cãm quę; facit. c. in præſentia, de renũti. Do tñ duas limitationes. Prima eſt, ꝙ ſi pars, ꝑ qua lata fuit ſnĩa, nõ excipit de trãſitu in rem iudicatã, ſed aſſumpſit diſputationẽ de iniuſtitia ſentẽtię & ex productione actorũ p̃t euidenter colligi iniuſtitia; debet iudex retractare ſententiã: qa, de qua re iudex cognouit, de ea pronuntiare debet, in c. cũ ſuper, de cauſa poſ. & prop. & l. de qua re, ff. de iud. Hoc notãter voluit In. ĩ c. cũ dilecta, de reſcr. & d. c. cũ Bertoldus: tñ dẽt ꝑ acta cõſtare, prout j. e. in d. c. cãm, dicã. Secũda limitatio. ſi notoriè cõſtaret de errorè ꝑ ea, q̃ ipe iudex prius dixit, vel facti euidẽtia: tũc. n. licet ĩ ſentẽtia nõ ſit error expreſſus, nec ꝑ relationẽ ad acta, tñ notorietas erroris, quæ ęquipollet expreſſioni (vt. j. dicã) reddit ſentẽtiã nullã, arg. ĩ cle. paſtoralis. §. Piſana, iũcta gl. de re iu. & c. ad ꝓbandũ. j. e. & ꝑ Inn. ĩ c. fraternitatis, de frigi. vbi hoc ex-
9 p̃ſsè vŕ tenere ĩ verbo ſimili. † Venio nũc ad ſ̃m mẽbrũ, qñ ſnĩa cõtinet cauſam fal-
b ſam [b], & dico ſic. ꝙ aut cã [c] ẽ notoriè fal-
c ſa, & impoſſibilis ita, ꝙ cõcurrãt iſta duo ſimul; & tũc nõ tenet ſnĩam, etiã ſi ſit excõicationis. exẽplũ: ſi iudex condẽnauerit vel excõicauerit eunuchũ, vel infantẽ: quia prægnantẽ reddidit monialẽ: ad hoc c. Ro. §. in vniuerſitate, iuncta gl. de ſen. excom. lib. 6. & ibi hoc tenet Io. An. Arch. requirebat notoriũ actus permanentis. hęc reſtrictio nõ placet ibi Io. And. & bene. qa ſatis eſt notoriũ exiſtẽs tꝑe ſnĩę, arg. in d. c. ad probandũ. j. eo. & c. cũ ſit Ro. j. ti. proxi. aut cauſa notoriè eſt falſa, nõ impoſſibilis; vt puta iudex excõicauit aliquẽ: qa ſpoliauit eccleſiam cũ incendio, & notoriè hęc cauſa eſt falſa, nõ tñ impoſſibilis: qa potuiſſet hoc facere; & tenuit Archi. in c. venerabili, de ſen. excõ. lib. 6. talem ſententiã valere: loquitur tñ in excõicatione. & fortè potuit moueri: qa iura in nullitate excõicationis loquuntur, qñ in ſnĩa fuit expreſſus error intolerabilis. & hãc opi. ſaltem in excõicatione ſenſit prima fronte gl. in c. ꝑ tuas, eo. ti. in verbo, intolerabilẽ errorẽ, ꝓpe fi. vbi q̃rit, quid ſi error cõſiſtit in facto, vt qa iudex dicat excõico te: qa talẽ ſpoliaſti, & manifeſtè falsũ eſt, nunq̃d tenet ſnĩa? arguit ad vtrãq; partẽ, & tandẽ dicit ſe credere, ꝙ in ſnĩa excõicationis lata per errorem facti modo p̃dicto tutius vel miti⁹ ſit tenere, ꝙ ſnĩa teneat, & fiat abſolutio ſaltẽ ad cautelã: qa talis cã poſſibilis eſt, licet ſit falſa, nec cõtinet errorẽ, & ſnĩa excõicationis iuſta vel iniuſta ligat. Et no. diligẽter verba gl. qa videnť ſentire ſec⁹ eſſe ĩ aliis ſentẽtiis, qđ. ſ̃. tenui, & optimè facit. j. e. c. cũ Bertold⁹. & dicit Io. An. in e. c. ꝑ tuas, ꝙ licet illa gl. ſoleat allegari, ꝙ ſententia tenet; licet ſit lata ex cauſa notoriè falſa: tñ gl. illa hoc nõ dicit apertè: qa nõ dicit de notoriè falſa, ſed manifeſtè. Hæc aũt ſunt diuerſa, vt not. in c. veſtra, de coha. cle. & mul. & ex hoc vŕ Io. An. nõ omnino ꝓbare illud dictũ Archi. d. Ant. ibi & hic tenet ſnĩam eſſe nullã, ẽt ſi ſit excõicationis: qa ſnĩa iniuſta ſuſtineť ꝑꝑ prę́ſumptionẽ iuſtitię, q̃ cadit ſuꝑ dubio; facit. j. e. c. cãm. vbi aũt iniuſtitia eſt notoria, hoc ceſſat; arg. ĩ l. pe. ff. de iuſti. & iure; & l. pars literarũ, ff. de iu. ſecus dicit in cã manifeſtè falſa: qa nõ ſufficit manifeſtũ, ſi nõ ſumiť ꝓ notorio; allegat no. in d. c. ꝑ tuas. vbi hoc ſentit Io. And. vt dixi; & hoc dictũ puto veriſſimum; ad qđ allego tex. iũcta gl. in cle. paſtoralis. §. Piſana, de re iud. Nec ob. ꝙ iura ĩ excõicatione faciũt mẽtionẽ de expreſſione erroris intolerabilis. d. c. ꝑ tuas, & c. venerabili, de ſen. excõ. qa dico, ꝙ iura illa dñt cã exẽplificãdi ſuꝑ nullitate, & ea q̃ dñr cã exẽpli, diſpoſitionẽ ñ reſtringũt, vt ĩ. c. i. & qđ ibi no. necle. vel mo. nã exp̃ſſio erroris ĩducit nullitatẽ: qa apparet đ notoria ĩiuſtitia. Idẽ ergo, vbi factũ ẽ re ip̃a notorie iniuſtũ, vt ĩ caſu nr̃o, ar. ĩ c. euidẽtia, de acc. & 2. q. i. c. đ manifeſta, & c. manifeſta. ñ refert q̃d ex ęq̃pollẽtib⁹ fiat, de teſt. c. li-
10 cet ex quadã. † Ad tertiũ mẽbrũ, q̃d ſi nulla cã ſit exp̃ſſa in ſnĩa: tñ notoriè cõſtat, ꝙ ex ĩiuſta cã ꝓferť? & puto ꝙ ſnĩa ſit nulla: qa paria ſũt aliq̃d ĩiuſtũ exprimi, vel ꝙ notoriè cõ-
d ſtet illud eẽ ĩiuſtũ, [d] vt no. Inn. ĩ c. 2. đ dila. & ẽ tex. cũ gl. ĩ cl. paſtoralis. §. Piſana, p̃al. facit, qa ſicut notori⁹ deſect⁹ ĩ iudice ŕddit ſnĩã nłlã, licet ałr ñ exprimať, ar. ĩ. c. ad ꝓbãdũ. j. c. & noto. re ip̃a fortificat ſnĩã, vt ñ admittať ap. vt ĩ c. cũ ſit Ro. j. ti. ꝓx. ita notorietas ĩiuſtiæ re ip̃a ſine alia exp̃ſſiõe dẽt reddeť ſnĩã nullã: [e] qa (vt p̃dixi) ceſſat hoc caſu rõ p̃ſũptiõis ẽ ꝓ iudice, ar. c. euidẽtia, đ ac. & notorietas fcĩ p⁹ opať q̃ notorietas iuris; ad hoc vide gl. no. ĩ cl. i. đ vſu. vł ſaltẽ ęq̃parant, đ coh. cl. & mu. c. vr̃a, & e. t. c. fi. nec iura dñt foueŕ notoriã ĩiuſtitiã, ne ĩde oriãť ĩiuriæ, vñ iura naſcũť. j. đ ac. c. qualiť & qñ, el. i. & C. vñ ui. l. meminerint; & ſic p̃t ĩtelligi text. quẽ ſic ĩtellectũ ŕputo verũ & notabilẽ. c. cũ ad quorũdã, đ
11 exce. p̃l. vbi idẽ ꝓbať reſpectu ſnĩę excõi. † Idẽ ẽ, vbi ĩiuſtitia
f poſſet colligi ꝑ ŕlationẽ ad acta, [f] vł ꝑ acta, adq̃ neceſſariò ẽ ſnĩa ŕferẽda, vt ex libello, iuxta ea q̃. ſ̃. dixi poſt Bar. & In. ĩ lo-
12 cis p̃a. & tene mẽti iſtũ ĩtellectũ, vt ſ̃. qa ẽ vald̃ no. † An aũt vbi de nłlitate agiť, dẽat libell⁹ offerri, lis cõteſtari, cert⁹q; ordo iudiciari⁹ obſeruãd⁹ ſit; vide ꝑ dños đ Rot. de. p̃al vbi ĩ effectu p⁹ mł̃ta vñr cõcludere ꝙ ſic, ſi nullitas ñ ẽ notoria; vtputa q̃ ex actis colłr, alś ſec⁹. Ad hoc q̃d no. ꝑ Inn. ĩ c. auditis



litis, de ꝓcu. bñ facit ibi tex. & in c. 2. de offi. iud. & c. cùm inter, de conſuetu. & c. quoniam, de fil. presby. cũ ſi. uide qđ gñaliter dixi in c. 1. de libel. obla. coram quo ſit de nullitate ſnĩæ agẽdũ, uide qđ no. ꝑ Dy. in regula, qđ ſemel placuit, de reg. iur. li. 6. & ꝑ doc. maximè ꝑ do. Ant. in c. in literis, đ of. deleg. & ꝑ Bar. optimè in l. ſi expreſſim, in ult. col. ff. de app.

## SVMMARIVM.

1 *Infirmitas grauis excuſat quem a contumacia: ſecus ſi eſt leuis.*
2 *Præſũptio infirmitatis tollitur ꝑ exercitiũ actus nõ cõpaſſibilis cũ infirmitate.* 3.
*Infirmitas quomodo probatur.*
4 *Sponſalia contracta per immiſsionem annuli an tollantur per matrimonium carnali copula cum alia conſummatum?*
*Sponſalia præſumuntur facta per uerba de præſenti per immiſsionem annuli.* 5.
6 *Sententia, quæ eſt nulla, uel quæ de ſui natura non tranſit in rem iudicatã, nõ confirmatur ex eo, quòd pars non appellauit.*
*Sententia, quæ non tranſit in rẽ iudicatã, tũc demũ retractatur, quando æquum uidebitur iudici.*
*Snĩa matrimonialis ideo non tranſit in rem iudicatam, quia nutriret peccatũ.*
7 *Ad matrimoniũ accuſandũ, uel impediendũ, uel ad ipſum reintegrãdum, ſi eſt indebitè ſeparatũ, admittitur quilibet de populo. uide infra. c. prox. in 1. nota.*
8 *Ad euitandum peccatum in dubio mitior pars eſt eligenda.*
9 *Licet in dubio p̃ſumatur pro ſnĩa, & interim mãdetur executioni: ſecus eſt in cã matrimoniali, in qua nil innouatur pẽdẽte litigio ſuꝑ nullitate priæ ſnĩæ.*
10 *Sententia in dubio an præſumatur lata parte citata?*
11 *Inueſtitura alicuius beneficij præſumitur facta in præſentia iudicis.*
12 *Citari an debeat præſens etiam ad audiendam ſententiam?*

## CAP. X.

TEnor. Iſtud c. p̃t intelligi duob. modis. Primò, ꝙ ſnĩa hic lata contra mulierẽ tenuit: qa contumaciter abfuit. Et tunc idẽ in effectu dicit, qđ. c. lator. ſ̃. e. iõ ſumma, ut ibi. Secundò p̃t intelligi hic, ꝙ mulier non fuit contumax, & tunc cõiter ſic ſummatur. Snĩa lata ꝯ abſentem nõ cõtumacẽ in matrimoniali nõ ualet. Cõis diuiſio. Secunda, ibi: *ideoq;*. Caſus literalis. Inter. R. & M. mulierẽ q̃ſtio matrimonii uertebať; q̃ cõmiſſa fuit ep̃o Rheati. iudex abſente muliere dictum. R. ab impetitione ipſius abſoluit. mulier hoc audito cãm impetrauit cõmitti iudici p̃nti, ut de cã illa cognoſceret, & fine canonico terminaret. iudex uocauit dictũ. R. ille infirmitate prætenſa nõ uenit: ſed nocte ſequẽti cũ alia contraxit, propter quod iudex ipſum excommunicauit: ille poſtmodũ comparuit, & fuit abſolutus oſtendens ſnĩam ep̃i prædicti, qualiter a muliere prædicta fuerat abſolutus. nihilominus mulier teſtes afferebat, ꝑ quos probare uolebat, ꝙ dictus. R. eã deſponſauerat. iudex dubitauit, qđ facere deberet. Cõſultus papa rñdet, ꝙ nõ obſtãte illa illicita abſolutione, q̃ fecit ep̃s in cã ꝓcedat, p̃cipiẽs. R. ſub pœna excõicatiõis, ne ad eã, q̃ 
1 ſuꝑduxit, accedat, donec cã iſta fuerit terminata. Ber. † No.
a 1. iũcta gl. 1. ꝙ infirmitas [a] excuſat à cõtumacia, & intellige de infirmitate graui. leuis aũt febricula, aut uetus quartana neminẽ a cõtumacia excuſat, ut in l. q̃ſitũ, 1. & 2. rñ. ff. de re
2 iud. no. gl. in c. placuit. 18. diſ. † no. 2. ꝙ ꝑ exercitiũ actus nõ uerіſimiliter cõpaſſibilis cũ infirmitate tolliť excuſatio, & p̃ſumptio infirmitatis. Si uerò dubitať de infirmitate, dẽt iudex mittere medicũ ad ęgrotũ, C. de re mil. l. ſemel. li. 12. ſ̃m Gof. & Hoſ. Idẽ no. Bar. in d. l. q̃ſitũ. ubi ẽt dicit, ꝙ poſt infirmitatẽ poterit ꝓbari per diſpoſitionẽ corporis, ut qa pallidus eſt in facie, facit. l. minor. 25. an ex aſpectu, ff. de mino. alia nõ colligo: qa aut ueniũt. j. examinãda: aut fuerũt exami-
3 nata. ſ̃. e. in c. lator, & in c. iurauit, de proba. † Opp. expediẽdo ſimul primã gl. cum ſecũda. uŕ enim, quòd iudex iniuſtè excõicauit iſtum, cum infirmitas excuſet a cõtumacia. ſ̃. de proc. ſi ægrotas. 5. q. 3. quærelã, & d. l. q̃ſitũ. Sol. ꝯriũ procederet, ſi uera fuiſſet excuſatio: ſed ex actu ſequenti: quia nocte ſubſequente contraxit matrimoniũ cum alia, tunc tollitur excuſatio infirmitatis. Ex quo no. qđ excõicatio p̃t fieri ꝓ prę́ſumpta contumacia. Fateor tamen, ꝙ ſi iſte poſtea ueniret, & ꝓbaret ſe tunc infirmitate detentũ, abſolueret ab omni onere ſnĩę, ut in c. uenerabilib. §. ſec⁹, iũcto. §. prę́cedẽti, de ſenten. excom. li. 6. Sed contra hoc, & cõtra tex. aliter op. excommunicatio nõ dẽt ab homine fieri, niſi ꝓ contumacia, ut in c. ſacro, de ſent. excom. no. gl. 11. q. 3. c. ep̃i. ſed facta nõ poſſunt pro infectis haberi. l. in libello. §. factæ, ff. de capti. & poſt li. re. & 32. q. 5. c. ſi paulus. Ex quo ergo iſte contraxerat matrimoniũ, nec poterat amplius haberi ꝓ infecto, ſed tenuit: non debuit ob hoc excõicari, cũ nõ poſſit reſpectu futuri tꝑis dici cõtumax. Sol. dicit Inno. ꝙ nõ debuit excõmunicari; qa ꝯxerat ratione prę́dicta: ſed ſi lite pendente cohabitaret eidẽ, & monitus nõ deſiſteret, excõicari potuit, ut hic ĩ fi. c. Et ſic ſentit Inn. ꝙ hæc excõicatio fuit ex hoc capite ĩiuſta: ſed ego dico eã fuiſſe iuſtã: quoniã illũ excõicauit, nõ quia contraxit, ſed propter contumaciã in non comparẽdo, quã iudex p̃ſumpſit infirmitate p̃ſente nõ obſtante ꝑꝑ contractũ matrimonii ſuꝑuenientem. fuerat enĩ iſte prius citatus, & p̃-
4 tenſa infirmitate nõ cõparuit. † Op. uideť enĩ, ꝙ nõ debuit amplius inquiri de ſubarrhatione primę, quia, etiã ſi interueniſſet fuit ſublata ꝑ matrimoniũ ſubſequens cũ alia, ut in c. ſicut, & c. pe. de ſpon. Solu. capiẽdo mentẽ tertię gl. ſubrrhatio primę duob. modis p̃t intelligi. Primò, ꝙ illam ſubarrhauit. i. fidẽ conſenſus de prę́ſenti dedit; & ſic contraxit cũ prima matrimoniũ ꝑ uerba de præſenti. eſt uulgare illi⁹ loci, ubi tale matrimoniũ appellať ſubarrhatio. Secũdò dicit gl. ꝙ ſubarrhatio fit per immiſſionem annulli interuenien-
b te conſenſu tacitè, uel expreſſè; & ſtabitur huic ſubarrhationi, quamuis nihil dicatur, quandiu non probabitur cõtrarium: quia prę́ſumptio eſt pro matrimonio, argumen. capitul. fœminę, & capit. noſtrates. 30. quęſtione quinta. ubi quis probat, quòd non animo contra-
5 hendi illud fecit. † Nota ſingulariter hanc gloſſ. quòd per immiſſionem an-
b nuli [b] in digito mulieris præſumitur cõtractum matrimonium per uerba de prę́ſenti, niſi contrarium probetur: & dic quòd poterit probari per coniecturas, uel uerba prę́cedentia, argument. eorum, quæ not, in capitulo ex literis, de ſponſal. & leg. qui filiabus, ff. de legatis primo, & leg. ſi quis in principio. ff. de legatis tertio, uel per loci conſuetudinem in contrarium, argumen. capitul. illud, & qđ ibi not. de prę́ſumptio. & leg. quod ſi nolit. §. qui aſſidua, ff. de ædil. edic. facit in ſimili quod notat Bartol. in leg. nemo eſt, qui neſciat, ff. de duobus reis, & uide aliam gloſſam, pleniorem huic concordantem in capitulo fina. de deſpon. impub. ubi de hac materia latius tractatur; & uide etiam gloſſ. in capitul. fœminæ, prę́allegato. Et ex his ſoluitur formaliter contrarium ſuprà formatum: qa hic allegabatur prę́ce

SEB. SAPIA.

a Infirmitas. Vide do. Iaſ in l. 2. §. ſi q̃s in iudicio, ff. ſi quis cauti. ubi ampliat hoc procedere etiã in infirmitate ſuorum per glo. in c. cõis, 23. diſt.

b Immiſsionẽ annulli. Adde Lapũ alleg. 58.

SEB. SAPIA.

b Annuli. Vide latè ꝑ Fel. i c. illud, co. fi. ſ̃. de præſum. ubi latè, ex quibus matrimoniũ probari poſsit.

dẽs matrimoniũ per cõſenſum de pñti, & non ſponſalia de futuro.
6 † Opp. qa, ex quo nõ fuit appellatũ ꝑ mulierem, nõ debuit amplius audiri: quia ſñiæ acquieuiſſe uṙ. j. eo. c. qđ ad cõſultationẽ. Sol. dicit gl. penul. ꝙ ſñia hęc fuit nulla: qa lata ꝯ abſentẽ nõ cõtumaciter; & ſic nõ fuit neceſſe appellare, ut in iurib. alleg. in gl. & expreſſiꝰ in l. de unoquoque, ff. de re iud. & l. 1. ff. q ſentent. ſine app. reſcin. Si uerò cõtumax non fuiſſet nõ reuocareṫ ſñia, ut in ꝯrio. ita dicit gl. cuius dictũ ultimũ ꝓcedit in aliis cauſis, in quib. ſñia trãſiuit in rem iudicatã: ſecus in cã matrimoniali. Ideo dic poſt doc. ꝙ ſi nulla p̃ceſſit citatio ad ſententiã, auditur mulier rõne nullitatis ſententię. Itẽ rõne ſubiectę materię: qa cauſa matrimonialis nõ trãſit in rẽ iudicatã. Si uerò ſñia fuit lata ꝯ contumacem etiã fictum, ſententia tenuit, ut l. ab eo, C. dè ſenten. & s̃. ut lit. non cõt. c. quoniã. §. porrò, cũ ſequen. & tunc auditur mulier priuilegio cauſę: quia propter peccatum nõ tranſit ſñia in rem iudi. ut in c. lator, s̃. eo. & j. eo. c. conſanguinei: dicit tamen not. Inn. hic, ꝙ licet ſententia non trãſit in cã matrimoniali in rem iud. non tamen auditur quis uolens contrauenire indifferẽter, ex quo lapſum eſt appellãdi tẽpus: ſed tũc demũ audieṫ, cùm iuſta cã mouebit iudicẽ ad ipm audiendum, ſicut hic mouit mulieris abſentia. Nã, ſi p̃ſens fuiſſet & aliquid non diceret, non audireṫ ſ̃m cũ alṡ eadem rõne audireṫ, 3. & 4. & in infinitũ; qđ eſſet abſurdũ. In decre. uerò ſequenti monit iudicem, ꝙ illa eadem pars, ꝓ qua erat lata ſententia, petebat ipſam infringi; & ꝙ ſine cauſa non audiatur; alṡ. c. ex literis, de in integ. reſt. ubi dicit expreſſũ. placet mihi dictũ: ſed illud c. hoc nõ probat: qa ibi pars petebat reſtitui ad primã inſtantiã: ſecus autem, ſi uoluiſſet de nouo inſtantiã inchoare probando iniuſtitiã ſñiæ. tunc enim allegata aliqua probabili rõne audiretur. s̃. eod. c. lator. & dicit hic Inn. ꝙ ſummariè etiam ꝑte nõ ꝯuocata poterit ꝑ iudicẽ fieri hæc examinatio cauſę. Nã de iure eſt ſ̃m Inn. ꝙ uterq; cõiugũ ꝯ ſñiã matrimonii audiaṫ.
7 † Hoſ. dicit ꝙ ẽt quilibet de populo audieṫ, maximè cõſanguineus. j. qui matri accuſ. poſſ. c. uṙ; ꝙ placet. ſicut enim quilibet de populo admittiṫ ad impediendũ & accuſandũ matrimoniũ. j. de clãde. deſpon. ca. fi. & q ma. accu. poſ. c. ult. ita quilibet dẽt admitti ad reintegrãdũ matrimoniũ iniuſtè ſeparatũ; & loquiṫ de ſeparatiõe quo ad uinculũ. nã quo ad torũ ipſi dũtaxat coniuges ſunt audiẽdi, ut no. Inn. in c. 1. đ adul. Concludit tãdẽ Inn. quo ad primũ, ꝙ iudex nõ dẽt eſſe facilis in audiẽdo aliquẽ cõtra ſñiam iſtã, ex quo lapſum eſt decendiũ: ſed ex iuſta cã prius arbitriũ ſuum informabit; & in dubio notãter dicit partem audiendã, arg. c. cum ſpeciali, de app. quod placet. † Quia agitur ad peccatum euitandũ, & pars tutior eſt in dubio amplectenda, de ſpon. c. iuuenis, & de uerbo.

Contra abſentẽ. Adde Ang. conſi. 185. & ſeq.
SEB. SAPIA.
a Cõtra abſentẽ. Vide Abb. in cõſ. 93. inci. cõtra ſñiam, in 1. uol. Feli. latè in c. qm̃ cõtra falſam, colũ. 13. uer. tertia cõcluſio. s̃. de proba. Ang. in l. de unoquoq;, ff. de re iud. & l. ſciẽdũ, ff. de uer. obli. ubi tenet contra Abb. hic.

ſign. cle. exiui, no. gl. in c. uno, de ſcrutinio in ord. faci. uide ad iſtã mãm multas limitatiões, quas poſui. s̃. e. in c. lator.
9 † Opp. contra ſi. c. iã eo, ꝙ iſti pręcipiṫ, ne pẽdẽte cã hẽat acceſſum ad ſuperinductã. cùm. n. mulier ſecunda ſit in poſſeſſiõe matrimonii, nõ debuit ipſo iure priuari lite pendente. s̃. ut lit. pen. c. laudabilẽ. Sol. glo. fi. ꝙ contrariũ ꝓcedit, cùm quis contrahit nulla lite ſuꝑ matrimonio pẽdente: ſed etiã approbante, &c. ut in ea. Et dic ꝙ duplici reſpectu potuit uſus ſecũdi matrimonii interdici. Primò ſi teneṫ opi. ꝙ ſñia lata contra mulierem abſentem fuit nulla. Nã cũ adhuc penderet lis cum prima, nõ debuit lite indeciſa contrahere cũ ſecũda, ut in cap. cum apoſtolica. j. de ſpon. nã ꝑ cõtractum matrimonii uir quodãmodo ſe alienat, de cõſangui. & affi. c. non debet; qđ non debet fieri lite pend. Si aũt tenemus, ꝙ prima ſñia ualuit, dic ꝙ, ex quo præceſſit citatio, ꝑ quã fuit informatus, ſuꝑ quo deberet cõueniri; non debuit aliquid innouari in litis pręiudicium, arg. in c. 2. ne lit. pend. & hoc tenuit hic Hoſt. ex hoc potes unum colligere, quod eſt menti tenendum, ꝙ licet in iſtis cauſis ſtãdũ ſit ſententię, donec contrarium probetur, ut ſuprà eodem. c. lator: nõ tamen ſtetur in tantum, ut liceat interim cum alio contrahere reuocato litigio ſuꝑ ualiditate prioris ſententię, & ſic litigium
10 nouiter exortum facit primam ſententiam uacillare. † Extra gl. quęrunt hic Inn. & Ioan. Andr. an ſententia in dubio
a pręſumatur lata cõtra abſentẽ: [a] quia mulier allegabat hic abſentiã tempore ſñiæ? remittit ad Spe. de ſenten. prola. §. ut autẽ, uer. & no. ſecundum quoſdam; & nil aliud dicit. Aduerte, quia hoc dubiũ eſt ſatis pulchrũ, & quotidianũ & alṡ habui de facto, & ſuꝑ eo conſului: & ſi tenemꝰ fuiſſe appellatũ, hoc eſt clariſſimum, ꝙ non pręſumaṫ pars citata, uel ꝙ fuerit præſens, niſi per acta probetur, ut in c. quoniam cõtra & qđ ibi no. de proba. & in c. in præſentia, de renuntia. ubi de hoc. Si uerò non fuit appellatũ, & ex inſpectione actorũ ꝓbari põt partem non fuiſſe citatam, nec præſentem tempore ſñię, non ualet ſententia. Hæc enim probatio nõ reperiṫ in actis, qđ ſufficit, argu. in d. c. quoniam contra, & ibi a ꝑte tenet Io. Cald. ſaltẽ in facto multum antiquo, & idẽ tenet Io. And. in addi. Specu. in d. uerſi. & no. ſi uerò nõ apparet in ſñia, in qua nil dṙ de p̃ſentia uel abſentia, eſt caſus ſatis dubitabilis. Spec. recitat in loco p̃alleg. uarias opi. & tãdem uṙ ibi tenere, ꝙ ex quo ſententia tranſiuit in rem iudicatã, pro ea eſt pręſumendũ, niſi probetur contrarium. Inn. uerò latiꝰ hunc articulum examinat in cap. cùm in iure, de offi. deleg. & uṙ magis inclinare in partem, ut non præſumatur partem fuiſſe præſentem, niſi ſaltẽ hoc in ſententia exprimaṫ, & hãc partẽ uideṫ tenere, Io. And. in addi. prędicta, q nimò refert Guil. diſputaſſe, qđ etiam ſi iudex dicat in ſententia, ꝙ partẽ citauit peremptoriè, & ꝙ eo non comparente pronuntiauit, &c. ꝑ hoc nõ probatur peremptoriũ præceſſiſſe; qa iudici non eſt credendum, dicto cap. quoniam, nec tabellioni ſcribenti, maximè cùm ſit atteſtatio de præterito; ad hoc facit qđ notat Inn. in d. cap. quoniam, & Barto. in authent. ſi quis in aliquo documento, C. de eden. ſecus dicit ibi Ioãnes Andreas ſi in ſententia diceretur partem fuiſſe pręſentẽ, quia tunc crediṫ notario referenti, cùm atteſtatio ſit de pręſenti. Hanc eadem opinio. uṙ tenere Fede. de Senis cõſil. 170. ubi dicit, ꝙ pars poteſt excipere contra primũ & ſecundum decretum, ꝙ non pręceſſit peremptoriũ, & onus ꝓbandi contrarium incumbit aduerſario, quia hic non põt p̃ſumi pro ſententia, ex quo non conſtat partẽ fuiſſe pñtẽ, imò negat pars, & ſic ſumus extra no. per Inn. in cap. innotuit, de eo qui furtim ordines recepit, & d. cap. quoniam, & cap. cùm in iure, qui dixit pręſumendum pro ſententia & proceſſu, quando ſententia fuit lata contra pręſentem, & non fuit appellatum. quæ ratio ceſſat, quando non apparet partem fuiſſe pręſentem, & hęc opinio mihi placuit tãquã iuri & ęquitati conſentanea. Nã ſi diceremus oppoſitũ, daretur facultas iudici condẽnãdi iniuſte partem abſentẽ nõ citatã

& indefen-



a In præſentia iudicis. Adde Old. conſil. 217. a quo Ioan. An. habuit. Ro. conſil. 409.

a SEB. SAPI. Præſentia iudicis. Vide Pau. de Caſt. in l. illud, ante finem. uer. ult. allegatur, C. de ſacroſanct. eccl. ubi uult, quod non pręſumatur præſentia, & ita dicit fuiſſe conſultum.

b Confirmo per illud, quod no. & ſequitur Panor. colligens ex uerbis Bar. in l. nemo eſt qui neſciat, ff. de duo. re. in. c. ad noſtram, đ reb. eccl. non ali. & Panor. in c. cum M. s̃. de conſti. quod contractus ſimpliciter facti intelliguntur initi ſecũdũ quod fieri cõſueuerunt in illo loco. Et ad hoc vide bo. glo. in l. 4. §. in commiſſoria, ff. de leg. commiſ. Secũdò facit, quod dicit Inno. in c. olim, ĩ prin. de uer. ſig. quem refert & ſequitur idem Abb. Pa. in cap. certificari, ĩ princip. de ſepul. quod omnis diſpoſitio de mũdo ſiue legalis, ſiue ultimarũ uolũtatum, ſiue contractuum recipit interpretationẽ & ſupplementum a conſuetudine, & ab eo, quod fieri cõſueuit. hinc dixit Pa. in. c. 1 in. 3. not. de precario, allegando Bar. quod ſi in ſtudio eſt conſuetudo, ut docto. poſſint ex cauſa legere per ſubſtitutũ, licet hoc non fuerit deductum in contractum, nihilominus poterit ſubſtituere alium in ſuum locum legentem, ut ibi latius per eum. uide etiam quod dixit idem Abb. Pa. in. c. cum aliquibus, cir. me. s̃. eodem titulo. hinc dixit ĩ ſpecie Bal. ĩ. l. 1. in. 2. q̃ſtio. C. ꝓ ſolu. ꝙ ſi ita cõſuetũ eſt, intelligitur tacite actũ in ꝯctu: qa id, ꝙ eſt ſ̃m conſuetudinẽ, tacite actũ uidetur, leg. licet. C. loca. & Bar. in l. incendiũ, circa finem, C. ſi certũ petaṫ, inquit, quod illud præſumitur factum, quod fieri conſueuit in loco, hinc & tertiò dixit ſignanter Ang. in l. bene a zenone, C. de quadri. præſcrip. per illũ tex. in uer. pactis conuentionalibus, ibi eſſe tex. in terminis expreſſum, ꝙ ꝓcurator ſimpliciter conſtitutus ad uendẽdũ, uel ad donandum, põt in inſtrumento apponere omnia pacta etiã pœnalia ſolita per notarios apponi in ſimilibus inſtrumẽtis, ꝙ dicit eſſe ualde quotidianũ, q̃uis dicamus, ꝙ ꝓcurator non poſſit egredi fines mandati. c. inter cæteras, de reſcr. Et idem uoluit Ang. in l. 2. ff. de iu. om. iud. & hoc habeṫ ẽt in lect. fratris ſui Bal. in d. l. bene a zenone. & alibi idẽ Ang. in l. ſi qs hæredẽ, ad ſi. C. de iſt. & ſubſti. dicit ꝙ ꝓcurator, q hẽt ſimplex mandatum in uno actu, uel in uno contractu, poteſt apponere omnes clauſulas & omnes pœnarũ adiectiones, quæ de cõſuetudine ſolitę ſunt apponi, & ad hoc uide ꝙ decidit Panor. de p̃latis & ambaſſiatoribus in. c. 2. de preca. Hinc & quartò dicit ſingu. Bar. in l. ſi fraudator, ff. de his quę in fraud. cre. ſe reſpondiſſe in cõtingẽtia facti, ꝙ ꝓcurator ſimpliciter conſtitutꝰ ad fideiubendum p̃t renũtiare bñficio ordinis, & p̃iudicabit ſuo principali, quia de cõſuetudine eſt, ꝙ fideiuſſores ſimiles renuntiationes faciant, & ſequitur & multum no. Abb. Pa. in. c. 1. ut lit. non cõteſt. in. 7. col. iſta impreſſiõe & Bal. in rubri. C. de his quę in frau. cred. imò ſingulariꝰ ex p̃dictis conſuluit Lud. Ro. in conſi. 59. inci. ad diſcutiẽdum, in. 2. col. ꝙ ſi papa conſueuit ĩ inueſtituris, quas facit uicariis uel principibus temporalibꝰ ſuꝑ terris & oppidis eccl. concedere iuriſdictionem publicationis bonorum, & ultimi ſupplicii, ꝙ iſta duo ueniũt in ſimplici conceſſione facta per papam, dato ꝙ in inueſtitura nõ exprimatur, ꝙ ualde notabis. facit bñ text. in. c. 2. & ibi not. Imol. de reſcr. facit quod no. Bar. in l. magiſtratus, ff. ad munic. Hinc & quĩto uidemꝰ, ꝙ ꝓmiſſio ſimpliciter facta p̃lato eccleſię đ renouãda emphiteoſi intelligiṫ ſecũdũ ꝙ eſt cõſuetum, ita Ange. in. §. in emphyteoſim, in authẽ. de nõ ali. imò fortius uide, ꝙ decidit ſing. Bal. in addi. Spe. in ti. de loc. & qđ alibi dixit ſingulariter Imo in c. potuit, de locato, & in cõmento illiꝰ. c. ad fi. uide ẽt ꝙ dixit Bal. in. l. 1. in. 5. q. C. qui teſt. fa. poſ. uide text. gl. & Sal. in l. excepto, C. lo. text. Bar. & alios in l. dñi, C. de agr. & cenſi. lib. 11. Item uide ꝙ dicit Bal. in l. liberti, in. 4. colum. C. đ ope. liber. & iſta ſunt multũ no. ad q̃ facit deciſio Paul. de Lea. hic, ut ipſe dicit facere ad multa, facit ẽt ad illud, qđ ſingulariter determinat Bal. ĩ. l. fidei cõmiſſa. §. ſeruo, ff. đ leg. 3. & qđ no. Pe. đ Anc. ĩ. c. cũ eṗs, đ off. ordi. ĩ. 6. & adde multa alia collecta ſub d. Iaſ. đ May. ĩ. l. ut liberis, C. đ col.

ANTO. FRAN. Circa iſtã materiã clauſularũ ſolitarũ apponi in reſcriptis, uel cõtractibꝰ, aut aliis diſpoſitionibus, an uideaṫ eſſe appoſitæ, ẽt ſi ñ apponantur in actibꝰ, q fiunt, uide per Io. Berth. in ſuo reper. ubi tractat ſingulariter de oĩbus clauſulis ſolitis apponi in q buſcunq; actibus, ſiue extraiudicialibus, & ultra ea, quę ibi plene diffuſe tractantur, uide per An. Barb. & alios nouiſſimos poſt eũ in. c. ex parte conuenirent, de reſcr. ubi inter reliqua concluditur, quod omnes clauſulæ, quæ ſolent apponi ex cõmuni obſeruantia, etiam ſi non apponantur, ſemper intelliguntur eſſe appoſitæ.

Adde quod notarius p̃ſumatur rogatus ad conſueta, Ale. cõ. 88. 3. lib. Et quod emphyteoſis concedi poſsit ſecundum morem ſolitũ, Pe. de Anch. conſi. 37. & 44. & quod procurator poſsit extendere mandatum ſuum ad conſueta, not. Ro. conſi. 94.

conſtare ſine alia diſcutione & indagine
fiẽda,ut ſingulr̃ ,pbat̃ hic iũcta glo. Sec[9]
aũt ubi poſſet aliqua defenſio cõpetere.
tũc.n.eſt citatio fienda; ſic intellige.c. fi.
de offi.deleg.li.6.ubi ĩnuitur,q conſerua
tor papæ citat:tñ non procedit niſi ſuper
notorio,ut in c.1.eo.tit.li.6.& ſic ẽt redu
co ad concordiam.Inn.in c.tua,de coha.
cle.ubi dixit ſemper in notorio reqri ci-
tationẽ : aliàs ſnĩa eſſet nulla. ꝯriũ dixit
in c.quanto,de tranſla. epiſco. ita ẽt de-
bet intelligi Inn. in c.ex inſinuatione,de
appel.ubi dixit,q in facto notorio, qd ex
actis colligit̃,põt iudex ,pcedere ẽt parte
abſente.Et idẽ ſẽtit Arch.ĩ c.q̃ Lothari[9]
2.q.1.& Bar.ĩ l.2 .§. qd de frumẽtaria, ff.
de admi.r e.ad ci.pti.& ibi tex.not. iũcta
gl.allego tex.notabilẽ ĩ c.uenerabilẽ , de
elec.& c.bonæ, el 2.e.tit.ubi ſine citatio-
ne ,pcedit̃ in facto notorio, in quo nulla
21 poterat defenſio cõpetere. † Sic ĩtelligo
& diſtinguo Hoſt. q dixit hic apertè col
ligi,q in notoriis fertur ſnĩa contra ab-
ſentem non dato libello, nec lit.conteſt.
Ad idem alleg.de ele.c.dudũ,lo.1.§.fi.de

b SEB. SAP. Impetratio.Vide Bal.in l.2.C.de tẽpo.app.& latè in rub.de reſcri. col.1.Abb.in cõſi.86.inci.illud in ſumma,col.pe. in 1.uol.Ro.in cõſi.369.inci.circa pri.col.11.uer. & huius eſt ratio.
c SEBA. SAPI. Concedere.An princeps poſſit tollere citationẽ , uide Iaſ in l.nec quicquã.§.ubi decretum, in 7. fallen. ff. de officio procon. & lega. Feli. in c. quæ in eccleſiarum , col. 24 in 6.limi.quinte concluſionis , s̃. de conſti.. Are. in conſi. 165.col. 12.uer. circa ſm, ubi concludit q non , etiam ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis.& idem etiã tenet Andr.Sicul. in conſil. 24. col. antepe.in 2.uol.& Alex. in conſi.78. inci. uiſis dubitationibus,in 1.col. in 3.uol.Feli.in c. conſtitutis,col.8. de reſcri.
d Ad hoc ẽt facit qd no. ipſe Abb. Pan.per gl.ibi nota. in c. ad hæc.s̃. de reſcrip. ubi dicunt gl. & Pan. q clauſula , ex certa ſcientia, æquipollet clauſulę de plenitudine poteſtatis . idẽ uoluit gl. fi. in uerbo,obſeruari,in clem. & ſi principalis,de reſcrip. & gl.in uer. literarum,in c.ſtatutum, de reſcrip. in 6. ſed Bal.clarius in l. eos, in prin. C. de appel. pro quibus eſt bonus. tex. in l. quidam conſulebãt , in fi. ſecundum intel. Bar.& cõem , ff.eod. Et quando princeps utitur dicta clauſula ex certa ſcientia, nõ poteſt aliquid refricari in dubium , nec poteſt dici quid agis: cur ita agis? iſta ſunt uerba do. Bar. ad literam in l. conficiũtur,paulo poſt prin.ff. de iure codi. & unum tenementi perpetuò , qd quando princeps concedit talem gratiam , aut actum, quem ſcit non poſſe ualere de iure,niſi utatur plenitudine poteſtatis; q tunc ſemper præſumitur uti plenitudine poteſtatis ,etiam ſi aliquam clauſulam nõ apponat in
actu ipſo;ita uoluit Pau.de Ca.in l.ex imperfecto,per gl. ibi ſuper uer
bo,imperii,C.de teſta.idem in l.princeps,ff.de legi.
Adde quid operetur prædicta clauſula,eundem Abb.conſi.67.& Ro.
conſi.427.& 319. Fran.Areti.conſi.45.

a In proceſſu & ſētētia principis ſuper notorio ferēda nō reqrit ci
tatio;quod eſt ſin.ſm Lud.Ro.in ſuis ſin.& ſm Bal.in plu.feu.in 18.
col.allegādo iſtū tex.ꝙ qñ papa fert ſētētiā ꝯ detinētes terras eccle
ſiæ,nō reqrit citatio,de cuiꝰ dicti ueritate,uide Abb.Pan.in c.ea q̄ ,
ad fi.ſ.eo.& in c.1.de cōfir.uti.uel inuti.& uide iſtū tex. alio modo
alle.p gl.in c.ſua,
de offic.uic. Et p
Bal. allego ēt di-
ctū elegās Archi.
in c.Lotharius. 2.
q.1. quē refert &
ſequitur Domi.in
c.eos,in pen.col.
de īmu. eccl. li.6.
ſm d.Bar.de Belē.
& uide qđ ibi no.
ſed cōtra illud di
ctū Bal. p̄al. vř ur
gere tex. in cle.pa
ſtoralis, eo.ti. ſed
pōt rñderi, ꝙ li-
cet imperator ibi
fuerit motꝰ ex cau
ſis, de quibus in
prin. illius cle. tñ
nō erat uerū, nec
rex Robertus ei
fuerat rebellis,
nec cōmiſerat cri
me læſæ maieſta-
tis in eū, ut pbat
tex in §.rurſus,iū
cta gl.& ſic habes
duos caſus, in qui
bus in ſnia diffini
tiua nō requirit
citatio. Item ad-
de, ꝙ ex cā poteſt
princeps omitte-
re citationem in
ſnīa diffinitiua.
glo.eſt in fi.ualde
no.in l.antepe. ff.
ex qui. cau.ma. &
eſt tex. expreſſius
in c. in cauſis, in
fi.ȷ.eo. Adde an ī
notorio requira-
tur citatio latè
Frā. Areti. conſil.
164. & an priceps
poſſit tollere cita
tionē, uide ēt Ol-
dra.conſil. 14.
SEB. SAPIA.

b Non eſt noto-
riū. Vide ad hæc
Rapha.Cu.in con
ſil.168.incip.reue
rendus pater, col.
pe.ad fi.
SEB.SAPI.

c Citationem.Nū
quid autem poſ-
ſit tolli citatio ī
his,quæ fieri poſ-
ſunt inuita parte,
uide Ana. in con-
ſil.29.in 5.dubio,
& Iaſ. in l. ſi qñ,
col.4. C. unde ui.
ubi dicit, ꝙ omiſ
ſio citationis nō
uitiat actum, qui
poteſt fieri inuitis
partibus.

accuſ.ſi cōſtiterit,de appel.c.cū ſit Roma
na,in fi.qđ locū habet ſm eū, ubi aliq ci
ues, uel alii res ecclīæ Ro. iniuſtè occu-
pāt ſeu detinēt occupatas.Sed nō uideo
cām huiꝰ reſtrictionis;ſed intelligo gñali
22 ter mō p̄dicto. †Dñs Ant.dicit ſe puta-
re,ꝙ pceſſus papę in notoriis ualet abſ-
que citatione:qa ñ ſubiicit formę,& ma
ximè ſm eū, qñ notoriū ſurgit ex his, q̄
facta ſunt corā eo ab aliis. hoc nō placet
in his, q̄ nō depēdēt a plena ptāte papæ;
qa ex quo p̄t aliqua defenſio cōpetere, ñ
p̄t ēt princeps omittere citationē:qa eſ-
ſet tollere defenſionē, ut pbat in cle.pa-
ſtoralis,de re iudic. †Fateor tñ ꝙ in du
23 bio p̄ſumeret p pceſſu principis[a] ꝯ ſubie
a ctū,ut not.Cy.in l.reſcripta,C.ſi ꝯ ius vł
uti. pub. ubi dicit, ꝙ ſi princeps ſine alia
cauſę cognitione mādat alicui,ut aliquē
ſuſpēdat,p̄t ille ſine peccato exeq: qa p
principe p̄ſumit,ꝙ iuſtè pcedat,qđ ē no
tādū; facit.l. ſi uēdicari, C.de pœnis.11.
q.3.c.cū apud: ſed reſpectu nō ſubditi,
quē dicit aliqua rōne ſuū forū ſortiri,nō
p̄ſumerē pro ſnīa principis,nec poterit ī
iſtis omittere citationē.ſic intelligo cle.
paſtoralis,p̄alle.ubi ex defectu citationis
corruit pceſſus imperatoris ꝯ regē Ro-
bertū,qui dicebat ſubiectus eccleſię,& ñ
imperatori:ſed rōne delicti cōmiſſi ī im
perio ꝯ eū pcedebat; facit p hoc ulti.qđ
no.Inn. in c. inquiſitioni,de ſen.excō. &
uide ad p̄dicta.c. 1. de cā poſ. & ppri. &
24 qđ ibi dixi in addi. † Nā mihi plus pla-
cet,ut indiſtinctè, ex quo factū nō eſt no
b toriū,[b]ſnīa principis ēt in ſubiectum ſit
nulla abſq; citatione & cāę cognitione.
hoc vř pbare tex.apertè in d.cle.paſtora
lis,in uer. nec p̄dicta ſuppletio, ubi aptè
dicit,ꝙ nec in ſubditū p̄t princeps ſupple
re defectū citationis:aut aliā defenſionē
tollere. †Ad idē tex. iūcta gl. in l.fi.C.
de legib. ubi exp̄ſſe hoc tenet gl. & aper-
tius ibi Bal.& vř ibi tex.exigere cauſæ co
gnitionē,& p̄ſētiā partiū ad hoc, ut ſnīa
principis ēt teneat.licet.n.princeps poſ-
ſit tollere ſolēnitates iuris ciuilis; nō tñ
c citationē,[c] q̄ fit,ut reus ſe defendat, & ſic
26 ut de cā cognoſcat. † Nā & ipſe deus vř
induxiſſe citationē & cauſę cognitionē,
ut colligit ex.c.deus oīpotēs.2.q.1.ubi di
cit, ꝙ deus noluit punire peccata Sodo-
morū, niſi deſcēderet & uideret &c. Ad
idē Gene.in c.3. ubi dř, ꝙ deus antè,quā
puniret Adā de peccato inobediētię,uo-
cauit eū, & audiuit ſuā defenſionē; & ſic
dictū Cy.nō puto ſimplr uerū:ſed intelli
gat ſm p̄dicta. Dicit ēt hic d.Ant. poſſe
dici,ꝙ licet in notoriis reqrat citatio: ip
ſius tñ omiſſio nō vitiat pceſſum,cōſtito
de notorio,ſi nil in ꝯriū alle. qa circuitꝰ
ſunt euitādi. nā retractata ſnīa eſſet ite-
rū,ex quo factū eſt notoriū, ī eādē ſnīam

reducendus.allegat notata de teſt.c.ex parte Adę; q̄ iudi-
27 cio meo parū & nihil faciūt. †Sed in ꝯriū ego adduco tex.
not. iūcta glo.in uerſi.facta fides,in c.ad petitionē, de accu.
ubi pbat, ꝙ ſolus princeps pōt ex plenitudine ptātis hře
ratū pceſſum nullū ex defectu ordinis nō ſeruati,licet con-
ſtet cām rectè inſtructā quo ad ipſius merita. nā ſnīa qñq;
eſt iniuſta ex ordine, qñq; ex cauſa; & plus inficit iniuſti-
tia ex ordine,q̄ ex cauſa: quia prima reddit ſnīam nullam,
& ſecunda non, ut 11.q.3.in ſumma, & in l.ſi ergo,& l.pro-
latam,C.de ſen. & in c.proxi.in fi. & ideo dicit Inn. in d.c.
tua,de cohab. cler. prope fi. ꝙ ſnīa eſt nulla etiam in noto-
riis nulla p̄miſſa citatione: quia debuit prius iudex audire
excuſationem partis. Dicerem tñ aduertendum, qualiter
nunc iſte condemnatus comparet. aut.n. dicit ſnīam nul-
lam:quia debuit uocari & audiri ſua excuſatio, cum defen-
ſio poterat competere; & tunc licet ſpecificè defenſionem
non alleget,redditur talis ſententia nulla,ut in dicto Inn.&
facit l.de unoquoq;, ff.de re iudic.& ſolus princeps alia de
fenſione non allegata poterit proceſſum ratum hře; & ſic
intelligo.d.c.ad petitionem. Aut comparendo fatet ipſum
factum,propter qđ fuit condemnatus,& dicit ꝙ nulla defen
ſio ſibi cōpetit;& ſnīa poteſt ſuſtineri: quia apparet,ꝙ erat
tale notorium, in quo nulla competebat defenſio; & ſic nō
erat citatio neceſſaria,ut præmiſi; ad hoc not.dictum ipſius
Inn. in d.c.tua, in fi. ubi dicit, ꝙ ſi iudex proceſſit tanq̄ iu-
dex ſuper notorio,licet ſibi non conſtaret factum notoriū;
ex quo tñ uerè eſt notorium, ſnīa eius irreuocabiliter te-
net. Qualiter aūt in caſu huius capi. factum erat notoriū,
dicit Inn. ꝙ papa iſte Innocētius erat tunc cardinalis,& in
terfuit cum aliis cardinalibus,oībus hic contentis, dū age-
rent p Celeſtinum papam p̄deceſſorē ſuū, nec poterat iſte
28 G. ab alio ius acquirere. †Oppo.in eo,ꝙ papa mādat pro
uideri de archidiaconatu p p̄ſentes ī eccleſia, & interueniē
te oīum cōcordia.vñ obſtāt duo. Primū,quia ad actū colla-
tionis ſeu electionis debēt uocari ēt abſentes, ut in c. quia
ppter,de ele.& hodie eſt tex.in c.cū in eccleſiis, de p̄b.li.6.
Secūdū,quia debet ſufficere concordia maioris partis exi-
ſtētiū in capitulo,ut in d.c.quia propter,& c.1.de his, q̄ fi.a
p̄la.& l.qđ maior,ff.ad muni.Sol.gl.fi.fatet ꝯrium, & dicit
fortè ꝙ hic erat conſuetudo, ꝙ abſentes non uocarent. dic
tū quo ad primū ꝯriū,ut habes tex.iuncta gl.in d.c.cū in ec
cleſiis,& ibi in gl.2.examinat intellectus huius.c. Vel pōt
ſm Hoſt. ꝙ forſan hic erat deuoluta collatio ad papam,
quam reſtituit præſentibus tantum:nec de hoc alii cōque-
ri poſſunt: quia in re ſua &c. l. in re mandata, C.mandati.
Sed ad ſecundum ꝯrium doc. nil dicunt, nec conſiderant.
Ego dico,ꝙ de proprio ſignificatu huius uerbi, concordia,
eſt,ut nemo diſcrepet,ut plenè dixi in c.non poteſt,ſ.eo.&
tunc ad contrarium pōt reſponderi dupliciter.Primò tenen
do ultimam ſolutionem Hoſt.ꝙ papa eis de gratia hāc po-
teſtatem reſtituit; quo caſu potuit illam gratiam qualifica
re ut uoluit, ut.ſ.tantum præſentes haberent eligere, & ꝙ
fieret electio oīum intercedente concordia;& tunc nō ſuffi
29 ceret maior pars:quia uerba debent intelligi pprie. †Secū
dò modo pōt intelligi,ꝙ papa iure cōi mandauit, ut iſti eli
gerent;& tunc iſtud uerbum, concordia, ſtat impropriè, &
uerificat in concordia facti. nam fictè vř factum ab omni-
bus,qđ fit a maiori parte,ut l.aliud.§.refertur,ff.de reg.iu.
& tunc ex tex.iſto iuncta glo.ſing.notabis, ꝙ uerba hæc,plē
na omniū concordia &c.prolata in materia iuris in nego-
tio uniuerſitatis,ex quo non apparet aliter principē ius uo
luiſſe īmutare;debent īpropriari,& reduci ad terminos iu-
ris,ut uerificent in maiori pte uniuerſitatis;& hęc ſufficiāt.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia ualet lata contra ius litigatoris,ſi ab ea non extitit appellatum.*
2 *Eccleſia ſecularis etiam collegiata poteſt eſſe pleno iure ſubiecta monaſterio.*
3 *Eccleſia quomodo dicatur ſubiecta pleno iure,uide remisſiue, nu.11.uſque ad nume.16.*

Pro



4 *Pro cantandis Litaniјs,quæ perſonæ debent eſſe & ad quem locum.*
5 *Libellus, in quo quis petit ſubiectionem aliquorum, & ſic in generali uel uniuerſali iudicio poteſt eſſe generalis,& in proceſſu ſufficit deuenire ad particularia illa,& probare.*
6 *Prior & omnes clerici alicuius eccleſiæ poſſunt eſſe teſtes etiam ad commodū & utilitatem ipſius eccleſiæ.*
7 *Sententia, a qua non fuit appellatum,facit ius inter partes poſt decem dies,niſi conſtet de iniuſtitia. 8.ante decem dies uero declarat ius inter partes.*
8 *Statur ſententiæ etiam iniquæ de iure canonico,licet ille,pro quo fuit lata ſi ſcit illam iniquam,non poſſit uti cum bona conſcientia.*
*Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, retractatur ex confesſione partis, pro qua fuit lata,ſi aſſerat ipſam iniquam.*
9 *Sententia contra ius litigatoris non eſt nulla:imo ſi non appelletur ab ea,facit ius inter partes: ſed ſententia contra ius eſt nulla.*
*Sententia dicitur contra ius,quando in ea exprimitur error iuris, ſed quando non exprimitur,dicitur contra ius litigatoris.*
10 *Sententia lata ex duabus cauſis, quarum una ſit contra ius, & alia non, ſuſtinetur ex illa, quæ non eſt contra ius.*
11 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, habet præſumptionem pro ſe, quòd fuerit rite & rectè lata, adeo, quòd non eſt neceſſe ad probandam iniuſtitiam producere acta.nu. 22.*
12 *Eccleſia quando dicatur ſubiecta pleno iure.*
13 *Epiſcopus poteſt eccleſiam à ſe abdicare, & a iuriſdictione ſua ipſam eximere cum ſolemnitatibus,de quibus hic,exceptis quibuſdam caſibus:*
14 *Archiepiſcopus non poteſt eccleſiam ſuo ſuffraganeo ſubiectam exemptam facere,niſi cum ſolemnitatibus,de quibus hic.*
15 *Papa poteſt eccleſiam uni epiſcopo ſubiectam exemptam facere, & illam ita eximendo cenſetur priuare epiſcopum omnibus iuribus epiſcopalibus quo ad illam eccleſiam.*
16 *Eccleſia quomodo dicatur ſubiecta alteri eccleſiæ pleno iure ex præſcriptione.*
*Præſcriptio non extenditur de caſu ad caſum.nu.17.*
*Præſcribens unum actum præſcriptionis non cenſetur præſcripſiſſe alios actus.*
18 *Subſcribere debet quis ſe manu propria ſi ſcit ſcribere, alias ſecus.*
19 *Donatio facta per epiſcopum de bonis eccleſiæ cum conſenſu capituli ualet.*
*Priuilegia confirmatoria alicuius actus non ualent, ſi actus ille confirmatus erat nullus.*
20 *Priuilegia,& confirmationes in quibus differant.*
21 *Sententia an & quando faciat ius inter alias partes citra eas, inter quas fuit lata.*
22 *Scripturæ actorum uel aliarum rerum magis creditur,quàm aſſertioni partis aſſerentis contrarium.*
*Sententia,quæ reperitur lata iam ſunt anni duo,ſi ab ea non fuit appellatum, habet præſumptionem pro ſe,quòd in ea fuerit ſeruatus iuris ordo.*
23 *Sententia an & quando ualeat lata ſuper parte petitorum.*
24 *Iudex poteſt in una re ex pluribus petitis pronuntiare,ſi uiderit illam claram, & ſuper aliјs procedere.*
25 *Sententia iudicis lata in maiori ſumma, ſi ipſe non poteſt cognoſcere niſi de minori,eſt nulla.*

## CAP. XIII.

1 C*Vm inter*. †Valet ſententia ꝯ ius litigato-
ris lata, ſi ab ea intra decē dies
non fuerit appellatum:uel ſic & aliter.Per ſentē-
tiam, à qua non fuit appellatum, poteſt eccleſia
ſubiici prelato inferiori epiſcopo, ſeu ad aliam eccleſiam
pertinere. Prima pars narrat proceſſum & iura unius par-
tis.Secunda diffinit, diffinitionis cauſam pręmittens, ibi;
*quanuis*. Caſus literalis. Inter abbatem & conuentum ſan-
cti zenonis ueroñ.ex parte una, & archipreſbyterum & cle
ricos ſancti Proculi ex altera ſuper ſubiectione ipſius eccle
ſię qō uertebatur:partibus in pręſentia domini papæ cōſti
tutis proponebatur ex parte monaſterii, ꝙ eccleſia p̄dicta
monaſterio debet eſſe ſubiecta pleno iure, in inſtitutione
uidelicet,deſtitutione, inueſtitura archipresbyteri, & eius
fidelitate,& aliis,p q̄ plena ſubiectio declarat. ad hoc pro-
bandum pars monaſterii inducebat inſtrm publicū conceſ
ſionis.B.quondā ueroñ.ep̄i,quam conceſſionem.G.ſucceſ
ſor ipſius cōfirmauit. induxit etiam priuilegiū Romanorū
pontificum & patriarcharum Aquileieñ. quorum unus de
ſubiectione plenaria in priuilegio ſuo euidenter expreſſit, a
qđ ſub teſtimonio.R.quondā ueroñ.ep̄i qui eiuſdē eccleſię
archipresbyter extitit,factū fuerat & cōpletū & ī eo à prio
re ſancti zeno. mandauit ſua uice ſubſcribi. Allegauit in-
ſuper,ꝙ olim inter abbatem S.zenonis & archipresbyterū
S.Proculi & fratres ipſius orta fuit qō de obedientia ma-
nuali & fidelitate:ſed illi ad hæc duo ſe teneri negabant,&

ſuper his teſtes inducti fuerunt, tandem
pręfatus.G.Veroñ.ep̄s ſententialiter dif
finiuit, ꝙ archipreſbyter uel dimitteret
eccleſiam, aut faceret eidem abbati obe-
dientiam & fidelitatem,ſecundum ꝙ qui
dam Cardinalis olim iudicauerat, cuius
ſnīam ep̄s fuit ſecutus & à ſnīa ep̄i appel
latū non fuit, & ſic ī rē trāſiuit iudicatā.
Ex parte aduerſa proponebatur,ꝙ p̄dicta
donatio non ualebat,& ita per cōſequēs
nec priuilegia confirmationis ipſius cō-
ceſſionis.Dominus Papa his & aliis audi
tis & intellectis dicit, ꝙ quāuis non ſit
multum inſiſtendum inſtro donationis,
nec confirmationibꝰ, uel priuilegiis q̄ ab
ipſa donatione cām & originē habuerūt;
tñ cōſiderauit. ꝙ quātū ad ipſos litigan-
tes ius ex ſnīa factū fuit,ex quo tranſiuit
in rē iud. ēt ſi ꝯ ius litigatoris lata cū la
ta nō fuiſſet ꝯ ius cōſtitutionis exp̄ſſe,ue
ritate geſtorum ſermonibus pręualente.
quę ſnīa præſumitur rectè lata.diffiniuit
papa ꝙ archipresbiter ſancti Proculi, q
p tpe fuerit,p̄ſtet obedientiā & fidelita-
tem abbati S.zenonis.Ber. No. primo &
tene mēti, ꝙ de iure ſubiectionis poteſt
agi ꝯ eccleſiam inferiorem, q̄ p̄tendit ſu-
biecta, & ſic non eſt neceſſe à principio
agere ꝯ ſuperiorem, q ſubiectionem in
illa poſſidet.Inn. reſtringit iſtam literā,
dicens hic agi ꝯ clericos, quia nemo in
eis hæc iura poſtulata poſſidebat: aliter
ꝯ poſſeſſorem agerēt:alle.not.in.c. inter
quatuor,de ma.& obed. &.ſ. de præſcri.
c.auditis,&.c.cum olim: ſed pfecto hoc
dictū eſt falſum:qa abbas hic dicebat ec-
cleſiā iſtam monaſterio pleno iure ſubie
ctā,ut in inſtitutione & deſtitutione &c.
Vnde nō eſt poſſibile, ꝙ aliter hæc ſubie
ctionis iura in eccleſia iſta non poſſide-
ret,cum non poſſit eſſe ſibiipſi ſubiecta,
nec acephala,ut in.c.cū non liceat, de p̄-
ſcri.&.93.di.c.nulla rōne; & ꝙ poſſit agi
ꝯ ſubiectum,uř tex.ȷ.e.c.cum ſuper,& de
confir.uti.uel inutili.c.cū dilecta,& ad iu
ra alle. p Inno.dic ut dixi in.d.c. auditis.
2 †Not.ſecundò,ꝙ eccleſia ſecularis etiam
collegiata pōt pleno iure ſubeſſe mona-
ſterio,concor.ſ.de præſcri.c.auditis,&.c.
cū olim. uide qualiter multiplici iure p̄t
eccleſia pertinere ad monaſterium, c. de
3 monachis,de p̄bē.&.c.uiſis 16.q.2. †No.
tertiò,ꝙ habēs eccleſiā pleno iure ſubie-
ctā hēt oīa hic.enumerata,& multa alia,
de qbus in.c.conquerente,de off. ordin.
4 †Not.ꝙ eccleſia alteri ſubiecta tenet illi
ad litanias,& ſic tenerent clerici ire cum
illis,quibus pleno iure ſubiiciuntur: regu
lariter tamen ſacerdotes tenent ire in li-
taniis.i.rogationibus ad eccleſiam cathe
dralem,ut eſt text.iuncta gl.in.c. qñ pre-
a ſbyteri.38.diſti.An autem exempti[a] te-
neantur ire ad litanias, dic ut legitur &
5 not.in.c.nimis.ȷ.de exceſ.prela. †Not.ꝙ
cum agitur de ſubiectione, iudicium di-
citur generale.unde admittitur hic libel
lus generalis,quod tenet hic Inn. dicens
admittendum hunc libellum in genere:

a Exempti. Adde
Cal.conſi.8.de re
gulā.

a SEBA. SAPI. Litigantes. Vide Feli. latè in c. quoniam ꝯ falſam, col. 13. uer. uenio ad tertium, ſ. de proba. & Moder. in l. pe. ff. de iuſt. & iu. ubi ad hęc eſt optimus tex. & ibi poſt Bar. creditur an ſit nulla ſententia lata contra ius litigatoris.

b Plus dicit ibi Innoc. ꝙ nunq̃ poteſt uel debet amplius executioni mandari. & adde ꝙ iſtud dictũ Inn. ẽt refert ꝑ ſingulari d. Ab. Panor. in c. q̃to, de ꝑſũ. & ĩ c. is q fidẽ, de ſpõ. & vtrobiq; d. Ant. & idẽ d. Ab. Pan. ĩ diſpu. ſua ĩci. ſtãte ſtatuto, in. 17. col. ubi multũ comendat hoc dictũ Inn. & ĩ c. 1. circa mediũ, ẽ cõſi uti. uel inut. & ẽt in locis hic ꝑ ipſum alle. & d. Ant. in c. fi. in 14. colũ. de ſuc. ab inte. & in c. ab ex cõicato, & ĩ c. cũ dilecta, de reſcri. in c. in ꝑſentia, de renũ. ſeq̃r, Pet. de Ancha. in repe. c. poſſeſſor, de reg. iuris, in. 6. in. 9. char. Bald. not. in aut. ad hæc, C. de uſur. in pe. col. & in l. cũ q s, ĩ. 8. col. uer. ꝑdicta ſunt uera. C. de iur. & fac. ig. Flo. de ſan. Pet. in l. cũ putarẽ, in ult. co. ff. fam. her. do. Bar. veroñ. in cau. 23. addẽ ẽt, qđ fortius dixit Bal. in l. ſi q s ĩſtituat, ĩ. §. ſi ſub ꝯditiõe, in fi. ff. de hær. iſt. & ĩ. d. aut. ad hoc, in pe. col. in uerſ. itẽ dubitatur, in eo qui iniquè abſolutus. & Inn. in d. §. ſi ſub condi. ĩn fi. limita prædicta ut per do. Bar. veron. in ꝑallega. cau. 23. in fin.

c Tenet. Adde, qñ ſit nulla ipſo iure Ro. ſin. ſuis fo. 8. SEB. SAPIA.

d Si princeps. Vidẽ Car. in conſil. 48. inci. reuerende pr̃ cũ infinitis cumulatis ꝑ Felin. in. c. auditis, co. 3. uer. itẽ ĩquãtũ abbas, ſ. de præſcriptio. & latè per Abb. in diſ. ſua incip. duo clerici, col. 33. cũ alle. ꝑ Feli. in. c. ſicut, uer. adde ẽt ad iſtum. ſ. de ꝑſcri.

Pleno iure. Addẽ Old. conſi. 312.

f Non poteſt. Adde Fede. conſilio 248.

peto ſubiectionẽ taliũ clericorũ: tñ poſt
modum debet actor ꝓbare, in quibus ar-
ticulis ſunt ſubiecti, & in illis tñ obtine
bit, ut hic in fi. & c. cõquerẽte. de off. ord.
ſm eũ, qđ not. Ego de hac mã plenè dixi
in. c. 2. de libel. obl. & placet mihi hoc di
ctũ, cum is, qui de iure intẽtionẽ fundatã
ſuper ſubiectionẽ nõ hẽt, ſubiectionẽ pe
tit. ſed ſi eṗs in eccleſia ſuę diœceſis ſubie
ctionẽ peteret, dico iudiciũ eſſe uniuerſa
le, & nõ teneẽ ſpecificare aliqua iura nec
in libello, nec in ꝓgreſſu, ut ꝓbaẽ in. c. cũ
uenerabilis, de reli. do. ſed ſi diceret illã
ſubiectã in tꝑalibus, habet hoc probare,
& ſic deſcẽdere ad ſpãlia in ꝓceſſu, ut ꝓ-
baẽ in. d. c. cũ uenerabilis. Limita tñ ꝓut
6 not. in. c. cùm ad ſedẽ, de reſt. ſpol. † No. ꝙ
prior põt eſſe teſtis deſcriptus in inſtrõ
in donatione facta eccleſiæ. Idẽ & fortius
dicẽdũ eſt in fratrib9 & clericis eccleſię;
& nimirũ, cũ uiua uoce poſſint teſtificari
ad cõmodũ eccleſię, ut in. c. inſuꝑ, &. c. cũ
nuntius, de teſti. &. c. & ſi Chriſtus, in fin.
de iureiur. de quo dic, ut plenè dixi ĩ. d. c.
inſuper. nã cã eccleſię nõ eſt ſingulorũ,
12. q. 2. c. q manumittiẽ, &. c. liberti, &. 2. q.
7 6. c. biduũ, uerſi. palã. † No. ꝙ ad probatio
nẽ iuris ꝓprietatis ſatis eſt inter eaſdẽ
ꝑſonas producere ſententiam ſuꝑ eodẽ
iure prolatã, & teneẽ iudex ſm illam iu-
dicare; quia, ex quo ab ea non fuit appel
latũ, fecit ius inter partes. Ex hoc & ex
text. not. ꝙ licet ſententia à principio
ius non conſtituat inter partes ſed decla
ret. l. ſicuti. §. ſed ſi quęratur, ff. ſi ſer. uen.
leg. & not. per gloſ. in. c. forus. ĩ. de uerb.
ſign. tamen poſt lapſum. 10. dierum di-
a citur facere ius inter ipſos litigantes;[a]
& eſt ratio, quia ſiue bene ſiue malè fue-
rit iudicatum, ſtandum eſt ſententiæ pro
pter authoritatem rei iudicatę. Vnde
eſto, ꝙ declaratio iudicis fuit mala: ta-
men ius cõſtituit inter partes: qa ꝓſumi
8 tur, ꝙ bene iudicauit. † Itẽ not. & põde
ra, ꝙ dr̃ ſnĩam trãſire in rem iudi. ſi non
fuerit appellatione ſuſpenſa; & ſic uĩ, ꝙ
ſnĩa differat à re iudicata, cuius ꝯrium
innuit rubrica. ſ. eo. ti. Sed dic & expone
hanc literam, ut ibi dixi. nã tranſit in rẽ
iudi. i. in authoritatem rei iudicatę, ut di
xit tex. ĩ. eo. qđ ad cõſultationẽ. No. ꝙ ẽt
de iure canonico ſtaẽ ſnĩę iniquæ poſt, q̃
tranſiuit in rẽ iudi. Dico tñ; ꝙ ſi is, in cu-
ius fauorẽ fuit lata, ſcit eã iniquã, nõ põt
cum bona conſcĩa illa uti quinimo, ſi cõ
b fiteretur illam ſententiam iniquam, re-
tractaretur,[b] ita ſingulariter uoluit In
noc. in. c, quia pleriq;, de immu. eccl. & ꝑ
hoc dictum reſtringo text. iſtum & con-
ſimilia iura, ut. l. res iudicata, ff. de re-
gu. iur. & leg. ingenuum, de ſtatu. ho-
mi. ubi dicitur, quòd ſententia accipi-
tur pro ueritate, & quòd facit ius inter
partes, ſ. in dubio. Secus uĩ, ſi notoriè cõſtaret de iniuſtitia,
arg. in. c. 2. de pur. uul. & qđ not. Inn. in. c. fraternitatis, de fri
9 gi. & maleſi. dixi. ſ. e. in. c. inter cæteras. † No. & tene mẽti re
c gulã q̃ eliciẽ ex tex. ꝙ ſnĩa lata ꝯ ius litigatoris tenet:[c] ſec9,
ſi eſt lata ꝯ ius cõſtõnis. i. ꝯ ius cõe. dices tu ꝯ, cũ oĩs ſnĩa ꝯ
ius litigatoris ſit ꝯ ius cõe, cũ ius cõe mãdet iuſtã ſnĩam fer
ri, ut in. c. forus, de uer. ſig. &. c. cũ æterni, de re iud. li. 6. & in
aut. iuſiurã. qđ ꝑſta. ab his, ĩ pri. dico ſtãdũ eẽ ꝯrio, ꝙ ſnĩa
ſit ꝯ ius; ſed nõ eſt expreſſe ꝯ ius, quod reqrit hæc litera ad
nullitatẽ ſnĩę. dr̃ aũt expreſsè ꝯ ius, cũ iudex in ſnĩa fundat
ſe expreſſe ꝯ ius cõe, ut plenè dixi. ſ. e. c. 1. Rõ diuerſitatis
eſt; qa qñ nil exprimit ꝯ ius cõe, preſumitur ſnĩa iuſta, ma-
ximè cũ pars uideatur acquieuiſſe nõ appellãdo, ut. ĩ. c. ꝓxi.
cũ ſeq. ſed qñ exprimit cãni ꝯ ius tollitur oĩs præſumptio
ſententiæ; meritò tãquam notoriè iniuſta iudicatur nulla.
10 † Et ob hoc dicit Inn. ſin. dictũ in. c. in pręſentia, de renũ. &
ſeq̃tur Ioan. And. hic, ꝙ ſi in ſnĩa exprimantur duę cauſę,
quarum una dũtaxat eſt ꝯ ius, ſuſtinetur ſnĩa uigore alte-
rius cauſæ, quę nõ eſt notoriè iniuſta, cum poſſit iuſtificari
11 ex aliqua cã expreſſa; quod limita, ut dixi in. d. c. 1. † No. ulti
mò & tene mẽti finẽ literæ, ꝙ poſt, q̃ trãſiuit ſnĩa in rẽ iudi
catã, ꝓſumiẽ, ꝙ fuerit rectè & rite lata, ita, ꝙ nõ eſt neceſſe
amplius ꝓducere acta ad probãdũ iniuſtitiã, uel ꝓceſſum,
licet pars aduerſa dicat eã undiq; iniuſtã: & ſic probat hæc
lr̃a dictum Inn. q hoc tenuit in. c. bonę; el. 2. de ele. &. c. cum
in iure perit9, de offi. deleg. dic ut plenè dixi in. c. qm̃ ꝯ, de
12 proba. † Venio ſolito more ad glo. & quęro, qñ dr̃ eccleſia
ſubiecta pleno iure? Rñdet gl. 1. quando ſubiicitur in ſpiri
d tualibus & temporalibus. No. hanc gl. ꝙ ſi princeps[d] ſubii-
cit eccleſiã, uel aliquẽ locũ donat pleno iure,[e] uĩ donare in
ſpiritualibus, & tꝑalibus, ſi concedens talis eſt, ut poſſit ſpi
ritualia & tꝑalia concedere; uide conſimilẽ glo. in. c. con-
queſtus, de fo. compe. & oĩno quod plenius ibi dixi. Et tra-
ctat hic Inn. aliquantulum inuolutè, quę ſunt ſigna & indi
cia plenę ſubiectiõis, & in effectu dicit, ꝙ oĩa ſimul hic enu
merata ſatis hic indicant plenam ſubiectionem: nõ aũt ſin
gula per ſe, ut ſunt litanię, & quædam alia; dicit tñ ꝙ aliqua
ex hic enumeratis ſunt ꝑ ſe ſufficiẽtia indicia, ut inſtitutio
in ſpũalibus & fidelitas in tꝑalibus, nõ ãt dicit ſic in aliis.
Nã licet abbas hẽat aliqua eṗalia in eccleſia; in aliis tñ re-
manet eccleſia ſub eṗo: refert tñ alios dicere, ꝙ tũc demũ ꝑ
tinet ad aliquẽ eccleſia pleno iure, cùm oĩa eṗalia ibi ha-
beat. nec ſufficit ſm Inn. ad hoc, ut plene ſit exempta, ꝙ
eṗs ſpecificet ſingula iura conferendo, niſi dicat, eximo, uel
uerbũ aliud æquipolens, licet facta exceptione poſſit exime
re aliqua, de quibus. ĩ. de priuil. c. cũ & plãtare, &. c. recepi-
mus, &. c. cũ capella. Hæc dicta iudicio meo nõ ſunt ꝑfecta,
licet do. Anto. ſimplr̃ tranſeat illa recitando. dico. n. ſic, ꝙ
aut inferior eṗo, uel eṗs extraneus prętendit eccleſiam ſi-
bi ſubiectam pleno iure ex conceſſione eṗi, aut archieṗi,
13 aut papę, aut ex preſcriptione. † Primò caſu dico, ꝙ eṗs uĩ
conceſſiſſe omnia iura, quę ipſe poſſidebat in eccleſia, exce
ptis quibuſdam, quæ à ſe alienare ſeu abdicare non po-
f teſt,[f] ut in. c. paſtoralis, de dona. quæ autem ſunt hęc iura
quæ à ſe abdicare nõ ꝑt, dic ut plene no. Io. An. in. c. cũ ve-
nerabilis, de cenſi. aliq d per gl. in. c. paſtoralis, præal. & 16.
q. 2. c. uiſis. nec per gñalem donationem uideẽ data ꝑtãs do
natario, ut poſſit fructus in proprios uſus cõuertere, ut no.
dicit Inn. in. c. paſtoralis, de priuile. Et intellige, ꝙ eṗs hãc
conceſſionẽ faciat cum conſenſu ſui capituli & ex cã, ut in
d. c. paſtoralis, facit cle. 2. de re. eccle. non alie. nec iſte. text.
probat, ꝙ eṗs poſſit eccleſiam in totum alteri concedere:
imo probat oppoſitum ſm Ioan. Andr. hic, & bene, cùm pa
pa non fuerit motus ex illa donatione, ſed ex ſententia, &
in hoc plus poteſt ſententia, q̃ donatio eṗi. Et ad hunc effe
ctum allegat notanter hunc text. Ioan. And. in. d. c. cùm ue-
nerabilis, de cenſi. dicens, ꝙ ex ſententia poteſt eccleſia ple
no iure alteri eſſe ſubiecta. & non ſic ex donatione eṗi. Rõ,
quia



qa ꝑ ſnĩa ꝓſumiẽ, ꝙ ex aliqua iuſta cã fuerit lata, ut hic in
fine: ſed eṗs nõ põt a ſe abiicere in totũ onus eṗale. Nã qua
rõne poſſet reſpectu uni9 eccleſię, poſſet reſpectu aliarũ; qđ
nõ eſt admittendũ. l. legatus, ff. de off. ꝑſi. & c. niſi cũ pridem
14 de renũtia. cũ ſimi. qđ no. † Secundò caſu, qñ cõceſſio fuit fa
cta ꝑ metropolitanũ dico, ꝙ aut de eccleſia ſuæ diœceſis; &
idẽ qđ in eṗo. aut fecit cõceſſionẽ de eccleſia ſuo ſuffraga-
neo ſubiecta, & nõ ualet cõceſſio, ut in c. duo ſimul, de offi.
ord. & c. paſtoralis, eo. ti. & c. nullus, de iure pat. & hoc uerũ
ſm gl. hic in uerbo, ſub teſtimonio, niſi de cõſenſu eṗi hoc
feciſſet; ita intelligit iſtũ tex. ſed gl. fi. in c. placuit. 16. q. 6. re-
qrit cõſenſum oĩm eṗorũ ꝓuinciæ ad hoc, ut dare poſſit pri
uilegia in diœceſi ſui ſuffraganei; alle. c. archieṗs. 9. q. 3. Ego
dico, ꝙ in facto graui cõcernẽte ſtatũ totius ꝓuincię proce
dit gl. in d. c. placuit; ad hoc gl. no. 9. q. 3. in fi. ſummę, & qđ
no. Inn. in c. 3. de inſti. ſed in facto cõcernẽte ꝑiudiciũ unius
eṗi dũtaxat ſufficit illius conſenſus, dũmõ interueniãt alię
debitæ ſolennitates, ut conſenſus capituli in conceſſiõe ec-
cleſiæ, & ſimiles: qa tũc cõſentiẽdo uĩr de nouo concedere,
ar. c. paſtoralis, de dona. & l. Caius, ff. de pig. act. & ſic proce-
dat iſta, gl. ar. bo. 9. q. 2. c. 2. iũcto. c. fi. & idẽ dico in patriar-
cha, ar. op. in c. duo ſimul, de offi. iud. ord. facit per locũ a ſpe
15 ciali. c. pe. de pœ. & re. & c. 1. e. ti. l. 6. iũcta gl. † In tertio mem
bro, ſ. cũ cõceſſio fit a papa, puto ꝙ in dubio idẽ dicẽdũ, qđ
dixi in cõceſſiõe facta ab eṗo. hoc addito: quia, ex quo papa
cõceſſit alicui eccleſiã pleno iure, uĩ cõceſſiſſe omne ius epi
ſcopale, nihil eṗo reſeruato: qa hoc importat uerba. nam
(ut dicit Hoſ. in c. quoniã, de priuile.) tũc eccleſia ꝑtinet ad
aliquẽ, cũ nullũ ius eṗale eṗs ibi exercet, ꝙ facit text. iſte in
ar. & qđ legi. & no. in c. cõſtitutus, de reli. domi. nec puto, ꝙ
ꝑ hãc cõceſſionẽ a papa factã poſſit ẽt donatarius cõuerte-
re fructus in ꝓprios uſus; qa cũ hęc cõceſſio ueniat in ꝑiudi
ciũ eccleſię cõceſſę, debet ſtrictè intelligi, ar. eorũ, q̃ no. Inn.
in c. cũ dilecti, de dona. & Bar. in l. fi. ff. de conſti. prin. & Io.
An. in c. olim, de uer. ſig. & habebit illã ꝑtãtẽ in tꝑalib. quã
habebat eṗs, ſ. exigẽdi rõnẽ de temporalib. ut in c. cũ & plã
tare. ĩ. de priuile. facit qđ no. Inn. in c. cum ad ſedẽ, de reſt.
16 ſpo. & d. c. paſtoralis. † Quarto & ulti. caſu, qñ ex pręſcrip-
tione uendicat ſibi eccleſiã pleno iure ſubiectam. Aut alter
(puta epiſcopus) eſt in poſſeſſiõe iuriſdictionis, & tũc tan-
tum ꝓſcribiẽ, quãtũ poſſideẽ, nec extendiẽ ꝓſcriptio de caſu
ad caſum, ut no. Inn. in c. dilectus, de app. mona. & Bart. in l.
1. §. ſi quis, ff. de iti. actuq; priua. facit optimè. c. cùm contin
gat, de deci. & hoc caſu inueſtitura in ſpiritualib. & in tꝑa-
lib. fidelitas nõ probabũt plenã ſubiectionẽ: ſed ſolùm illa
17 duo cõpeterẽt. † Aut nemo erat in poſſeſſiõe exercẽdi iuri
ſdictionẽ; & tũc ſi exercuerit aliquẽ actũ iuriſdictionalẽ ani
mo acquirẽdi uniuerſalẽ iuriſdictionẽ, illã acq̃rit, & debi-
to tꝑe illã ꝓſcribit, ut not. Inn. in d. c. dilectus, aut ſumus in
dubio, uel nõ cõſtat, in cuius diœceſi ſit talis eccleſia, & tunc
exercitiũ aliquorũ iuriũ eſt indiciũ plenè ſubiectionis. Ad
hoc tex. no. in c. 1. de reli. domi. & uide qđ ibi not. ꝑ Inn. &
18 Io. An. & ſm hoc dẽt diſtingui hęc gl. Inn. † Opp. ꝙ q s non
poſsit ꝑ aliũ ſe ſubſcribere: ſed hoc dẽt manu ꝓpria facere,
ut in l. hac cõſultiſsima, C. de teſta. Sol. gl. in uer. ſua uice, di
cit illud ꝓcedere, qñ q s ſcit ſcribere: alias ꝑ aliũ põt ſe ſub
ſcribere, & uĩ hanc diſtinctionẽ probare tex. in d. l. hac con-
19 ſultiſsima, & hoc no. † Op. contra tex. in eo, ꝙ dicit non eſſe
innitẽdo inſtrumẽto donatiõis, nec aliis priuilegiis, & con
firmationib. q̃ emanarunt a Romanis pontificib. &c. Nã pri
mò uĩ, ꝙ donatio epiſcopi debuit ualere, ſaltem quo ad iu-
ra, q̃ concedere potuit, ut in c. paſtoralis, de dona. & idẽ for
tius uĩ dicendũ in aliis priuilegiis, & cõfirmationib. q̃ ema-
narunt a Romanis pontificib. ut in c. cõſtitutus, de reli. do.
Sol. dicit gl. in uer. donationis, ꝙ donatio epiſcopi currit:
quia non interuenit debita ſolennitas, puta capituli conſen
ſus, d. c. paſtoralis, & 12. q. 2. c. ſine exceptione. Alia uerò pri
uilegia nõ ualerẽt ẽt cõfirmatoria, tanquam fundata ſuper

a In priuilegiis confirmatoriis requiritur ſubſcriptio? ſecus in confirmationib. & hoc dictũ perpetuo tene menti pro limitatione eorum, quæ ſcribit do. Ant. poſt Io. An. in c. qua fronte, in ult. col. de app. & uide ꝙ de hoc plenius ſcribit do. Bar. de Bel. in c. nouit, in 6. q. prin. de his quæ fiunt a pręla.

inſtrumẽto donationis, qđ erat nullum.
Et dic clarius, ꝙ priuilegia ſummorum
pontificum, non concedebant ſimplici-
ter eccleſiã pleno iure: ſed referebãt ſe ad
primam cõceſsionem. erant enim omnia
quaſi confirmatoria in forma cõmuni; ut
puta ſicut eṗs iuſtè conceſsit, ita conce-
dimus & confirmamus. cùm enim nõ ua-
let prima conceſsio, ita nec priuilegia ſu
per illa fundata. Et uide ad idem bo. tex.
& quod ibi dixi in capit. inter dilectos, de
20 fide inſtrument. † Quæ autem hoc caſu
ſit differentia inter priuilegia, & confir-
mationẽ, dicit Innocen. ꝙ in priuilegiis
ponunẽ multa præter confirmata: ſed in
confirmationibus ponitur ſola confirma
a tio. Item in priuilegiis[a] ponitur ſubſcri-
ptio canonicorum. in cõfirmationib. nõ
hoc ultimũ habet locum in conceſsione
ab inferiorib. a papa. dicerem tamẽ, quòd
ſubſcriptio requiritur ſm ſubiectam ma-
21 teriam. † Opponitur & uidetur, ꝙ ſenten
tia facit ius etiã inter alios, ff. de liberis
agno. l. 1. cũ aliis allegatis in gl. Sol. gl. in
uer. ad litigantes, & regulariter procedit
tex. fallit in caſib. de quibus in glo. & di-
cit ꝙ ratio fallẽtiæ eſt: quia ſententia in
illis nõ eſt reſtringibilis ad certã ꝑſonã;
& de hoc dic latius, ut no. Inn. in capitul.
cauſam, qui filii ſint legitimi, & Bert. in l.
22 ingenuũ, ff. de ſtatu homi. † Quęro quid
intendit litera, ibi: *ueritate geſtorum ſermo-*
*nibus præualente*? Sol. gl. ulti. exponit duo-
bus modis, & q̃libet bona: uel ſecundum
doc. fortè errauit ſcriptor in ſcribẽdo pri
uilegia, ſeu donatiões: uel fortè ꝑs aduer
ſa dicebat litẽ non fuiſſe cõteſtatam co-
ram iudice: ſed geſta contradicebant, qui
bus erat magis credẽdũ, C. de re iudicata
l. geſta. & dicit Hoſt. quòd ſi factũ eſt an-
tiquum, ſufficit producere inſtrumentũ
ſentẽcię, pro quo pręſumatur, licet alia
pars dicat ordinem in proceſſu non fuiſ-
ſe ſeruatum, & dicit factum antiquum, ſi
biennium eſt lapſum. ego remitto ad ea
quæ plenè dixi in dicto capitul. quoniam
23 contra, de probat. † Extra gloſſ. quęro
quia abbas hic petiit multa iura, ut patet
in princ. c. & ꝑꝑ ꝓnũciauit dũtaxat ſuper
duob.[b] & nil dixit de reliquis petitis nec

b An & quando ualeat ſententia lata ſuper parte petitorum, & an & quando ſuper ea parte, de qua nihil dictũ eſt, cenſeatur facta abſolutio, uel condemnatio, & quando ſententia continet plura capitula, quando poſsit ſuper uno ualere, & ſuper alio non, uide plenè ꝑ Bart. in l. 2. C. de re iudi. & uide gloſ. in ca. cum tempore, de arbi. & quando reus poſt lit. conteſt. perdit partem feudi petiti, an debeat fieri condemnatio ſuper toto, an uerò ſuper parte, quæ remanſit, uide per Barto. & Imo. in l. ſi cõſtante. §. ſin. ff. ſolu. matri. & de q. hic poſita per do. Ant. uide latè ꝑ Petr. de Anc. in regula, ex q̃ lib. 6. ſuper glo. circa fin. & uide quod de hoc latè ſcribit Bald. ĩ ſua marg. Inn. in uer. ſnĩa, q. 33. Item ſi actor in libello petiit. 150. & probat de c. an ſaltẽ pro eo dẽat ferri ſnĩa, in c. uide per Bal. in l. ſcire debem9, in princ. ff. de uer. obli. & ibi Bart. & Ange. ponũt quid e contra, ſi actor in libello petiit, l. & probantur. c. an actor dẽat obtinere in illis. l. de qua qõne uide per Cyn. in l. 1. in fin. C. de lit. conte. & per Bar. in le. quiuas, in princ. ff. de fur. ubi alle. gl. in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudi. & ꝑ do. Ant. in c. 1. in pe. co. de lit. cont. ubi oĩno uide, quę ibi no. Item adde hic Bal. in c. inter cæteras, in ulti. q. ſ. e. Adde, ꝙ dicebat dom. meus Fran. de Are. in uoce legens hanc decre. quòd ſi ex uerbis narratiuis ſententiæ apparet iudicem ſentire actorem in partem petitorum non habere ius, ſi condemnat reũ in alia parte, & de alia nihil dicit; cenſetur eum in parte tacita abſoluiſſe, & pro hoc dicebat eſſe caſum ſingu. Innocen. in hoc capit. cum inter. Dicebat etiam ipſe domin. Franc. hanc decr. facere pro opi. quãdo ſimpliciter pronuntians ſuper parte ſummę petitę non uideatur in alia parte abſoluere, eſt caſus in c. 1. de arbit. in 6. quia ſi diceremus ipſum uideri abſoluiſſe in alia parte, ſua ſententia eſſet cõtraria illi, qua alius iudex condẽnat in maiori ſumma, cuius cõtrariũ dicit tex. in d. c. 1. & pro hoc allegatur, qđ ſing. dicit Bal. in l. 1. circa prin. C. de ſen. q̃ ſine certa quantitate profe. ubi dicit, qđ ſi iudex

condēnauit in mi
nori ſumma,& ab
ſoluit ī alia parte
ſol.gl.nō hēt locū
diſpoſitio.d.ca.1.
& l. diē proferre,
§.ſi plures,ff.de ar
bit. Refricabat tñ
in dubiū, an illa
doctrina Bald. ſit
uera, qa dicebat
rñderi poſſe ad d.
c.1.quod eſt uerū,
ꝙ in ſūma,de qua
unus pronuntiat,
& alter ñ, iudices
ſunt cōtrarii,& ꝓ
pterea ſnīa ſuper
eo nō ualeret, ſed
in ſūma minori, ī
qua oēs ꝓnūtiaue
rūt,bñ ualet, q in
hac opiniōe dicū
tur eſſe cōcordes,
& hoc eſt qđ uult
tex.in d.c.1.& ita
rñdēdo ñ eſſet ibi
caſus ꝓ illa opin.
q̄ proximè dixi.
dato tñ,ꝙ uera eſ-
ſet opi.illa,ꝙ non
uideatur abſolue-
re in alia parte,eā
limitabat p̄dict⁹
do.meus, niſi pro
nuntiaſſet in una
parte petitorū ꝑ
dictionē dūtaxat,
uel aliā dictionē
taxatiuā. qa tunc
bñ uṝ in alia ꝑte a
abſoluiſſe, & ad
hoc allegat qđ in
ſimili no.Bart.ī l.
1.in prin.in 1.co.
ff.ſi qs ius dic. nō
ob. ego addo Ab.
Panor.hic in pen.
co.ī uer.3.caſus.
ANT. FRAN.
An ſnīa lata ſuper
parte petitorū, ēt
ſi ſuꝑ alia parte ñ
ferat̃, illa ualeat,
dicas,ꝙ qñ petit⁹
eſt totus fundus, b
& ꝓbatur tñ rcū
cōuētū poſſidere
partē, ꝙ ualet ſen
tētia ſuꝑ ꝑte pro-
bata;ita Bart.in l.
1.in 1.co.C. ſi ad-
uer.rē.iud. & in l.
ſi cōſtāte,in §.fin.
ubi ēt per do. Ale.
in 4.co.ff.ſo. mat.
& uide d. Ant. ī c.
cū inter, de re iu.
ubi dñt hoc eē ue
rum,ēt ſi de altera
parte nihil pronū
tietur, cuius tamē
cōtrariū tenuerūt
Io.de Imo.& Ro.
in d.§.niſi,l. ſi cō
ſtāte, ubi dñt, ꝙ
dēt abſolui reus
pro altera parte,
fundi, de qua non
eſt probatū,& ui-

abſoluēdo,nec ꝯdēnādo,an in aliis uidea
tur abſoluiſſe?Inn.dic ꝙ ſic, & circa hanc
mā notabilē facit tria mēbra.Qñq.n.pe-
tūt multa capl̃a ſub gñali petitiōe īcluſa.
Qñq; plura capitula ſinglr̃ & ſpecialr̃ pe
tita.Qñq; tertio petit̃ una magna ſumma
uel una magna res.Primò caſu, ſi iudex ꝓ
nūtiet ſuꝑ aliquib.ſub gñali petitiōe cōtē
tis,in aliis intelligit̃ abſoluiſſe.Scđò caſu
ſnīando ſuꝑ aliquib. nō uṝ in aliis abſol-
uiſſe,uel cōdēnaſſe;ſed poterit poſtmodū
ꝓnūtiare ēt ſeparatim.l.ēt,ff.de mino.&
j.e.c.cùm.I.& A.& ibi gl. bo. q̄ idē tenet
ēt ī delegato.Tertio caſu dicit, ꝙ ſi iudex
ꝓnūtiet ſuꝑ ꝑte, nō uṝ in alia ꝑte abſol-
uiſſe,uel cōdēnaſſe:allegat.l.qdā,ff.ſi cer.
pe.ñ tñ exprimit,an hoc caſu teneat ſnīa.
Io. An. lati⁹ exordit̃ hic mām formando
ex p̄dictis duas qōnes.Prīa,an ſnīa teneat
ꝑ ꝑtes lata.Secūda,an ī aliis uideat̃ iudex
abſoluiſſe,uel cōdēnaſſe, & refert uarias
legiſtarū opiniones, & more ſuo exp̄ſsè
nullā eligit.dñs An.recitat aliquātulū cō
fuſe.Ego cōcluſiuè dicā capiēdo opi.legi
ſtarū magis cōes & ueriores,de quib.in l.
1.C.ſi aduer.rē iudi.aliquib.additis,& di
ſtinguo ſic, ꝙ aut fuit actū ut arbiter ſeu
iudex ſuꝑ oīb.ſimul ꝓnuntiaret:& tūc nō
ualet ſnīa,niſi ſuꝑ oīb.ſimul ꝓnuntiet̃, l.
qd tñ,ff.de arbi.& c.cū dilecta,de reſcrip.
Aut nō fuit actū, & tūc ſi libellus cōtine-
bat plura capitula diuerſa,ualet ſnīa ſuꝑ
ꝑtē,& in aliis nō uṝ abſoluiſſe,nec condē
naſſe;qđ tenuit Iac.de Are. qa tot uidēt̃
petitiones,[a] quot ſunt res uel capitula,&
ꝑ ꝯñs tot ſnīę,quot res,ar.in l.ēt,ff.đ mi
no.facit.c.cùm.I.& A.j.e.iūcta gl.& in e.
cùm uenilſent,de inſti.& c.cùm dilect⁹,&
uide ibi no.de cōſue.& nimirū.Nā in plu
rib.capitulis pōt ſnīa ꝓ parte ualere,& ꝓ
ꝑte nō,ut in l.qdā mulier,ff.fami.herc.&
l.fi.ff.đ iure pa.no.Bar.& Bal.in d.l.1.C.
ſi aduer.rē iudi.facit ꝙ ī cā cōuētionis,&
recōuētiōis,ut ualeāt,ſi ſeꝑatim diffiniūt̃
l.& no.in l.1.ff.q̄ ſen.ſine ap.reſcin. & ī c.
1.de muta.pe.Ad idē qđ no.Spe.in tit.de
acti.& pe.§.ſeqt̃, uer.ſed ſi qs peti.ubi di-
cit,ꝙ ſi qs in eo.libello petiit ſortē; [b] &
pœnā,& iudex ꝓnūtiauit ſuꝑ pœna tātū,
ualet ſnīa: quia plura uñr capitula, all.c.
Raynutius,de teſt.cū ſimil. ſed nō tangit
a ꝑtē,an ſuꝑ ſorte uideat̃ abſoluiſſe: ſed
potius ſentit ꝙ nō ī eo,ꝙ dicit, ꝙ ſunt di
uerſæ petitiones.nā ubi de plurib. diuer-
ſis diſceptat̃,& pri⁹ liquet de uno,q̄ de a-
liis,p̄t iudex pri⁹ ſuꝑ illo pronūtiare, ut
in c.cū ueniſſent,de inſtit. & idē ſeruat̃ in
24 diuerſis exceptionib.ſimul ꝓpoſitis. † Si. c
n.ꝑ cōfeſſionē ꝑtis liquet de una, pōt iu-
dex,ut parcat laborib.& expēſis ꝑtiū, illi-
cò ſuꝑ illa ꝓnūtiare,& ſuꝑ alia ꝓcedere
ut eſt tex.ī c.cū inter,de ele.& ibi hoc no.
Inn.Si uerò libellus ꝯtinet unū caſum, &
tūc ſubdiſtinguo. Aut cōtinet unā rē ſin-
gularē,ſeu certā ſummā.Aut cōtinet ali- d
qđ uniuerſale,uel gñale.Primo caſu Inn.
uṝ hic ſentire,ꝙ teneat ſnīa ſuper ꝑte, &
idē Spe.in ti.de ſent.ꝓla.§.qualiter, uer.

qd ſi peto.qnimo ibi tenuit,ꝙ ſuper aliis
uṝ facta abſolutio: ſed cōis eſt opi. ut hoc
caſu nō ualeat ſnīa ſuꝑ ꝑte ꝑ tex.ī l.ī hoc
iudicio,ff. fami.herciſ.ſenſit Inn.ī d.c. cū
inter,ubi dicit,ꝙ ſi peto cētū,ñ dēt iudex
pronūtiare ſuꝑ qquaginta,tñ,uel alia ꝑ-
te.Hāc opi. ꝙ ſententia nō ualeat, tenet
Iac.de Are.& Bar.in d.l.1.C.ſi aduer. rem
iudi.& do.Ant.hic,& Bal.ī d.l.1.reddens
rōnē,qa ſi ualeret ſentētia ſuꝑ parte,non a
uidet̃ facta abſolutio ſuꝑ aliqua ꝑte: qa
nō apparet ratio, quare debeat uideri ab
ſoluiſſe, ex quo nō pronuntiauit ſaltē ta-
citè; & ſic remaneret petitio ſuꝑ aliqua
ꝑte,in cuius partis examinationē oporte
ret refricare in dubiū de ꝑte, ſuꝑ qua fuit
iudicatū;quia ñ poſſet cognoſcere de ꝑte
qn cognoſceret de toto,in l.uulgaris,ff.đ
fur.canonizata,de pœni.diſ.1.c.uulgaris.
ſed hoc eſt ꝯ nām diffinitiuę;quia,ex quo
ſemel eſt lata,nō pōt amplius in dubiū re
fricari ſine remedio retractatiōis,cū ſnīa
ſit terminus diffinitiuus litiū.l. termina-
to,C.de fruct.& lit.expē. Et ꝑ hāc rōnem b
idē dicas,qñ in petitione fuērūt plura ca
pitula cōnexa,ut nō ualeat ſentētia ſuper
parte;quod uoluit Iac.de Are,& do. Ant.
poſt eū.Itē ꝑ hanc rationē aliud eſt dicen
dū, qñ una ſumma fuit in petitione: ſed
certa pars petita fuit ex una cā, & reliqua
ex alia.tenet enim tunc ſentētia ſuꝑ par-
te,ut tenuerūt hic quidā,ut recitat hic Io.
An.quorū opi.defendo ꝑ p̄dicta. Primò,
qa ex diuerſitate cauſæ uident̃ diuerſa ca
pitula,ar.in c.abbate ſanè,de re iudi.li.6.
& l.ſi mater. §.& an eadē, ff. de excep.rei
iu.tū qa ceſſat rō,q̄.ſ̄ dixi poſt Bal. qa ſa c
tis poterit cognoſci de alia parte, q̄ ex di
uerſa cā petit̃ abſq; eo,ꝙ refricet̃ ī dubiū
de alia parte, ſuꝑ qua fuit iudicatū: quia
ex diuerſis non fit illatio.l. neq; natales,
C.de ꝓb.& c.2.de trāſla.epi.qđ eſt notā-
dū.qđ.ſ̄.dixi, ut nō ualeat ſnīa ſuꝑ parte
unius capituli,fallit in duob.caſib.Prim⁹,
qñ inſtātia eſſet ꝓ ꝑte perēpta ita,ꝙ ſeq-
ret̃ abſolutio ab inſtātia iudicii,tūc.n.ſuf
ficit ꝓnūtiare ſuꝑ illa ꝑte,in qua tenet iu
diciū;caſus uṝ in l.ſi cōſtāte,§.fi.ff.ſol.ma
tri.Exēplū,ſi a muliere petebat̃ dos,& du
rāte iudicio ſi dos ꝓ parte publicat̃,expi
rat iudiciū ſuꝑ ꝑte, in qua ſucceſſit fiſc⁹:
qa dēt conueniri ipſe fiſcus corā iudice fi
ſcali;& primus iudex iudicabit ſuper alia
ꝑte,ut ibi;& hoc dictū tenēt Bart.& Bal.
in d.l.1.& ꝑ hoc dixit ibi Bart. ꝙ ſi aliqs
cōuenit̃ rei uēdicatione ꝓ certo fundo,
& reptū eſt illū poſſidere ꝓ dimidia tñ,
c iudex eū in illa dimidia[c] cōdēnabit,& ua
lebit ſentētia, licet in alia dimidia nihil
dicat:qa ſuꝑ illa nō tenebit iudiciū.l.fin.
ff.de rei uē.cautū tñ puto, ut iudex ſuꝑ il
la dimidia abſoluat cā exp̄ſſa:qa nō repe
rit̃ illā poſſidere,ar.ſ̄.de exce.c. aduerſa-
rio,& l.ſi a te.ff.de excep. rei iudi. Secūd⁹
d caſus eſt,qñ libellus[d] fuit oblatus contra
plures,tunc. n.ſi ꝓnuntiat contra unum,
ualet, nec uidetur pronuntiatum contra
alios; ut ff. de iudi.l.non idcirco, & l. de
uno

de ad p̄dicta gl. &
doc.in c. 2. de re-
ſcri.& Cy. & Bal.
in l.cū te,C. de ꝓ
bat.& gl. & Bal. ī
l.fi.C.ſi ex fal.in-
ſtr.& ꝑ Bar.& do
cto.in l.diuus,ff.đ
re iu.& Alex.in l.
Titia,ff. ſol. mat.
SEB. SAPIA.
a Petitiones. Vide
Bal.in l.qdam mu
lier,ff.fam. her.&
in l.hoc iudicio,
e.ti.& in l.2. col.
3.C.de re iudi.nū
quid aūt, ſi in li-
bello petitur ge-
nus, poſſit iudex
iudicare ſuper ſpe
cie tñ, uide Bal.ī
l.fi.C. de fideicō.
li. & refert Fel.in
c.licet Heli.colū.
pe,uerſ.undecimò
limita.j. de ſimo.
b Qñ petitur ſors &
pœna, p̄t pronun-
tiari ſuper uno ex
his tñ,& an in a-
lio uideatur facta
abſolutio, uide ēt
hic do.Ant.in pe.
co.col.in prin.in
uer.ex his decidit̃
& do.Frā. de Are.
dicebat, ꝙ cū ha-
buiſſet iſtā qōnē,
de facto, ñ potuit
repire niſi hāc de
ciſionē Speculato
ris & doctorū hic.
c In illa dimidia.
Adde tñ, ꝙ petens
fundi medietatē,
pro idiuiſo,ſi pro
bat de medietate,
pro diuiſo, debet
ſuccumbere,ut cō
ſuluit Fede.conſi.
179.ubi multa ad
ducit.Ber. Lan.

SEB. SAPIA.
d Quando libellus.
Vide Abb.in cap.
paſtoralis,§. qm̃,
in fi. ſ̄.de reſcrip.



vno quoq;,ff.de re iud.& hoc ponit Bar.in.d. l.1. Optimè
facit ī ar.l.vna,C.ſi plu.vna ſen.iud.ſint. ſed ñ vñr duę peti
tiōes;qa à quolibet vṝ petita pars;& ſic ceſſat rō nullitatis,
q.ſ̄.tetigi.Terti⁹ caſus p̄t addi,qñ ſnīa fuit ſuꝑ parte cū di-
ctione taxatiua; ut puta petis.c.dixit iudex ꝯdēno Titiū in
qnquaginta tñ, vel dūtaxat, tūc ualet ſnīa & vṝ ꝓnuntiare
ſuꝑ toto:qa tacite abſoluit ī aliis.l. ꝑ iſtā dictionē taxati-
uā;facit.c.cū eccleſia Sutrina, de cā poſſ. & ꝓprie. hoc te-
nuit Bal.ī.d.l. 1.ꝙ ſatis placet. Secūd⁹ caſus ſubdiſtinctiōis
ē,qñ libell' ꝯtinet unū capl̃m gñale, vel uniuerſale;ut puta
peto iura ep̄alia,uel ſubiectionē uel adminiſtrationem,uel
rōnē tutelę;& tūc ſi partes fuerunt aliquas ſpecies dūtaxat
ꝓſecutę,& iudex ſuꝑ ꝓſecutione dūtaxat tulit ſnīam, valet
nec ſuꝑ aliis vṝ abſoluiſſe,uel ꝯdēnaſſe ꝑ tex. ī.l.licet,C.de
iud.facit ꝙ no.ī.c.1.đ trāſa.& ꝙ no.Bal.als Bar.ī.l.termi-
nato,C.đ fru.& lit.exp.ī.1.col.ī fi. Aut partes gñalr̃ fuerūt
ꝓſecutę ꝯtēta ī libello, & ſubdiſtingue.Aut.n. gen⁹ ē reſo
lubile in diuerſas & certas ſpecies; ut puta peto ſubiectio-
nē pleno iure;vel peto iura ep̄alia ſcit̃ em̄ q̄ ſūt iura ep̄alia,
& tūc idē puto,ac ſi fuiſſent ſingulariter petita; & ſic idē di
cēdū,ac ſi fuiſſent plura capitula,vt ſic teneat ſnīa ſuꝑ exp̄ſ
ſis ī ſnīa,& in aliis ñ videat̃ iudex abſoluere nec cōdemna-
re;& hāc partē hic tenet do. An. licet Inn.aliud ſenſerit fa
ciēdo diuerſitatē, an plura capitula ꝯtineāt̃ in gñali peti-
tione,an ſingulr̃ petāt̃:ſđ hęc ſua differētia iure ñ ꝓbat̃,vt
dicit Hoſt.& bñ.& iō oportet hic dicere, ꝙ p̄p̄ exp̄ſſe abſol
uit in aliis,ut dixit hic Pet.& Abb. licet tex.hoc ñ dicat. ꝓ
bo.rōne.Aut.n. iudicat̃ unicū capitulū; & tūc ñ deberet te
nere ſnīa ſuꝑ parte, vt ī.d.l.ī hoc iudicio. Aut iudicant̃ di
uerſa capitula habito reſpectu ad cōprehēſa; & tunc dēt te
nere ſnīa,& ī aliis ñ vṝ ꝓnūtiatū, ut ipſemet Inn.uoluit in
plurib⁹ caſib⁹.Sed hoc ultimū ē poti⁹ tenēdū,ut res poti⁹ va
leat,de verb.ſig.c.abbate ſanè,&.l.quoties,ff.đ uerb.obl.et
qa id qđ tacite ineſt,hṝ ꝓ exp̄ſſo.l.cū qd, ff.ſi cer. pe. Aut
gen⁹ deductū in libello nō ē reſolubile, uel ſaltē ñ recipit
determinationē iuris a iure,& tūc ualet ſnīa ſuꝑ parte:qa
tūc uṝ ꝓnūtiatū ſuꝑ toto,& iſte ē caſus ī.l.1.C. ſi aduer.rē
iud.ſ̄m ītellectū,quē approbat ibi Bar.& multi alii.exēplū.
peto mihi reddi.rōnē adminiſtratiōis frumēti agēdo actio
ne tutelæ, & reliqua peto mihi reſtitui.Iudex mādat mihi.
5.reſtitui, cū ī ueritate deberēt̃ decē.tūc em̄ ualet ſnīa:qa ī
dubio uṝ iudicaſſe ſuꝑ oīb⁹debitis,cū oīa illa uerba gñalia
in petitiōe cōtēta ñ recipiāt certā determinationē a iure:
& ſic ñ p̄t dici ꝙ iudicauerit ſuꝑ parte. hęc oīa ꝓcedūt,qñ
iudex ſuꝑ parte iudicat,uel tacite ſuꝑ toto mō p̄dicto. Sed
q̄ro,qd ſi ꝓnūtiauit ſuꝑ toto, ſed defect⁹ annullatiuus cō-
cernit partē dūtaxat,nunqd poſſit ſnīa valere ꝓ parte?Sol.
dic poſt Bal.in.d.l.1.ꝙ aut ſunt diuerſa capitula;& p̄t vale
re ſnīa ſuꝑ parte petitorū,& ſuꝑ aliis,ubi reperit̃ defectus,
eſt nulla,ut.l.qdā mulier,ff.fami.herciſ.& in.l.fi.ff. de iure
pa.facit.l.ēt,ff.de mino.ubi ꝯ partē p̄t peti in inte.reſti.fa-
cit qđ de inſtrumento cōtinēte aliquā falſitatē no.Inn.in.
c.fraternitatis,de hęr.Aut eſt unicū capitulū.exēplum pe-
tis decē iudex cōdēnauit in.5.ex ſcripti recitatiōe:in aliis
uerò.5.cōdēnauit uiua uoce ſine ſcriptura;& tūc ſnīa ñ te-
net:qa ñ hēt ſua ſubſtantialia.cū.n. unica ſit ſnīa, nō p̄t ꝓ
parte ualere,& ꝓ parte ñ,argu.in.c.cùm ſuꝑ,de offic.dele.
5 & in.d.l.ēt.† Idē ſi iudex habens facultatē cōgnoſcēdi vſq;
ad.10.tñ,cōdēnauit in.15. nō em̄ ualet ſnīa in. 10. qa( ut
dixi ) cum unica ſit,nō p̄t ualere pro parte,& pro parte nō.
Et ꝓ hoc allego gl.no.in.l.fi.ff.de iuriſ.om.iud. Contrariū
ſenſit gl. in.l.2.C.de re iud.ſed Bar.in.d.l.fi.concordat mo
do p̄dicto diſtinguendo inter plura capitula,& unū capitu
lū,qñ aūt petit̃ certa ſumma excedēs iuriſdictionē iudicis,
in nihilū uṝ ad iuriſdictionē iudicis ꝑtinere,qa in iuriſdi-
ctione iudicis fundāda inſpicitur qd petit̃, ut.l.ſi idē cū eo
dem,&.l.cum quędam puella,eo.titu. Et hoc ſingulariter
notabis: quia nemo ita late & clare iſtam materiā tangit.

SVMMARIVM.

1 Sentētia nihil iniquitatis continens uenit in cauſa ab pellat.confirmanda, licet ſit lata contra illum, pro quo in actis extitit probatum.
2 A ſententia lata a iudice partium conſenſu electo, uel cuius iuriſdictio fuit prorogata per partes, poteſt appellari, licet de iudice prorogato recipiat limitatiōes.
Dicta teſtium an poſſint reprobari per illum, qui ipſos produxit?
3 A ſententia epiſcopi lata inter laicos non poteſt appellari, ſed inter clericos ſic.
4 A ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis conſenſu partium aſſumpti poteſt appellari.
5 Sententia, a qua fuit appellatum, non per hoc præſumitur iniuſta, contrarium ſentit infra nume.8.
6 Pro ſententia iudicis electi ab utraque parte magis creditur, quam electi ab una parte. Nam duorum conſenſus efficacior eſt, quam unius.
7 Præter legem uel contra legem an idem ſit?
9 Teſtium uariatio uel uacillatio debet in actis deſcribi tempore depoſitionis, & non poſtea, ad effectum, de quo hic.
10 Iudex, cui eſt data certa forma in pronuntiando, ſi illam excedat, reddit actum nullum.
5 † In gl.fi.in fi. no.ſingulariter primò, ꝙ in facto manifeſto, prout differt a notorio, poteſt iudex recuſari ex legitima cã tãq̃ ſuſpect⁹, & ſic ꝓcedit tex.multũ no.ĩ.c.ꝙ ſuſpecti.3.q.5.alle.in gl.ſec⁹ in manifeſto notorio.& dicitur manifeſtũ ñ notoriũ id, ꝙ ꝓbari ꝑt; tñ ẽ notoriũ. Inn.hic dat aliã ſo. ꝙ in crimine graui & manifeſto nõ admittit recuſatio, ut hic: ſec⁹ in manifeſto nõ graui, vt in ꝯ̃rio. Mihi vr̃ totũ oppoſitũ: q̃a facili⁹ deberet admitti recuſatio in grauib⁹, ubi agit de maiori ꝑiudicio, q̃ in leuibus ꝑ.c.vbi periculũ, de ele.li.6. Vñ tene ſolutio.gl.ſed.d.Ant.[b] hic referẽdo Arch.in.c. quia ſuſpecti, vbi hoc ponit, limitat, qñ pœna eſt impoſita & determinata a leg. Si aũt veniret imponẽda arbitrio iudicis, tũc, quãtuncũq; crimẽ ſit manifeſtũ ſeu notoriũ, admittitur recuſatio, quia poſſet nocere in arbitrando pœnã; & ẽ dictũ [c] ſatis no.licet hoc attribuat Archidiacono. ego dico ꝙ originaliter fuit Hoſt.Io.An.ſeq̃t in.c.cũ ſpeciali.ĩ. eo. ubi plenius ꝓſeq̃tur hoc, q̃ Archi.in dicto loco.

6 † Et ſi tu diceres hanc nõ eſſe legitimã cãm recuſandi: q̃a poterit appellari, ſi excedit modũ; certè non eſt bene dictũ; q̃a ſm hoc nunq̃ poſſet iudex recuſari, cũ ſemper ſubſit facultas appellandi. Nã dẽt quis euitare ſaltẽ grauamẽ de facto, & ne vexetur ĩ expẽſis, & in appellationibus ſuperfluis. ex quo eñ ſuſpect⁹ eſt, nõ vr̃ habere rectũ iudiciũ arbitrandi, ar.c.repellãtur.ĩ. de accu.& in.d.c.q̃a ſuſpecti.

7 † Et quod poſſit appellari a iudice arbitrante pœnam, uide gl.no.in. c. ſuper his, de accu. & per Bar.in.l.ſi qua pœna, ff.de verb.ſig.

8 † Et ex prædictis pone ſingularẽ limitationẽ ad dictũ Inn.in.c.ex parte.ĩ.de verb. ſig. vbi dicit, ꝙ in delicto notorio ꝑt ẽt iudex in proprio facto ꝓcedere cũ ſit potius executor legis, q̃ iudex. dẽt eñ intelligi & limitari, qñ pœna illius delicti eſt determinata in lege; ſecus, ſi eſſet arbitrio ſuo determinãda.

9 † Eodẽ mõ ꝑñt limitari dicta Bart.in.l.ſi qs fortè.§.1.ff.de pœnis. vbi ꝓſeq̃tur, an & qñ poteſtas poſſit eſſe iudex ꝯ̃ offẽdẽtẽ

10 officialẽ ſuum, uel familiam ſuam.† Item do & alium intellectum ad.d.c.quod ſuſpecti, ut procedat in notorio actus tranſeuntis, quia cùm tunc recipiantur probationes, vt no. gl.2.q.1.c.manifeſta, & eſt text.in.c.ſicut, de re iudi. poſſet iudex ſuſpect⁹ in illis recipiendis grauare partem; merito poterit recuſari ut ſuſpectus. Iſtud uerò.c.procedit in notorio facti permanentis, & ubi pœna eſt determinata a lege. hoc uidetur uelle iſta litera in fi. quod no.

## SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus abſoluitur præſtita cautione de ſatiſfaciendo, licet creditores uel alij inſtent, quod non abſoluatur, ratio ponitur infra.nu. 5.*

2 *Iudex eccleſiaſticus poteſt ius dicere in eccleſia: iudex ſecularis non, & ſi ſecus fecerit, reddit iudicium nullum. 13.*

*Contractus poſſunt fieri in eccleſia, licet contrahentes peccent.*

3 *Pœna appoſita in quaſi contractu, non habet locum in contractu, nec e contra.*

4 *Statutum loquens de muliere, ut non poſſit contrahere, non extenditur, quin poſſit quaſi contrahere, & ſic hæreditatem adire.*

6 *Excommunicatus quando abſoluitur, debet pars citari, ſi ad eius inſtantiam fuit excommunicatus, alias ſecus, tamen ſi de facto fuit abſolutus ſine citatione partis, abſolutio tenet, uide in nume.7. ubi in hoc diſtinguitur.*

8 *Abſolutio a iuramento an debeat præſtari, parte aduerſa non citata?*

Abſolutio



a Allegat deciſio huius decre. & qñ debitũ eſt liq̃dũ, creditores ꝑñt impedire ſepulturã debitoris mortui, niſi ſibi ſatisfiat ab hæredib.& ita all.gl.in c.ei q.§. ſi qs ẽt auſus.2.q.6.& hoc ſm Arch. ibi, q latè diſcutit iſtũ paſſum, de quo ꝑ do. An.in c.ex parte.2. de ſepul.

b SEB. SAP. Pœna. Vide Ab.in cõſ.71.inci.quinq; dubia, conſi. 5. in 1.uol.& Alexã. in conſi. 67. incipi.uiſis, colũ. 3. in 1.uol.cum allegatis per d.Iaſ. poſt Bar.in l.ſi unus.§. pactus ne peteret, colum.7.ff. đ pac. per Alexan.& Iaſ. in l.ſi apud acta, colum.1.C. de trãſa.per Iaſ.inſti.de actio.in princ. colum. 5.

c Contrarium tenet idẽ Bar.in l.more in prin.ff. de acq. ren. hæredi. quod mulier prohibita cõtrahere ſine cõſenſu ꝓpinquorũ non poterit adire hæreditatẽ, & ſic quare contrahere quã contrarietatẽ ponit do. Mathe. de Ma.in no. 178. & ſic concord. ꝙ aut ſtatutum loq̃t ꝑ uerbũ, obligare & tunc uerũ dicit Bar.in d. l. more, aut loquit ꝑ uerbum, cõtrahere, & tũc uerũ loquitur Bart. in d. l. apud Iul. ſi eius rõnem cõſideras, ſed uerba Bartol. non patiuntur iſtam concordiã, q̃a utro q; caſu. Bar. loquitur propriè, qñ ſtatutũ prohibet cõtrahere ꝑ hoc uerbũ, cõtrahere, & opi. domin.Panor.hic poſt Barto.in d.l. ap. firmant Bald. Angel. Imola. & Rapha. Cu. & do. Alex.in l.mutum, ff.de acquir.hære. qui do. Alex. nouiſsimè, adduxit fundamẽtũ, ꝑ qđ ur̃, ꝙ poſſet rñderi ad oĩa, q̃ adduci poſſent incõtrariũ, maximè ad argu. quo utitur Lodo.in d.l.mutum, ꝙ ubi in ſtatuto ñ põt aſsignari niſi una ratio, illa hr̃ pro expreſſa, & ex idẽtitate rationis licitũ eſt arguere ad caſum omiſſũ in ſtatuto, gl.l. q̃uis, & ibi expreſſius Bald. & Paul. de Ca.C.de fideic. & Bal.i l.maximũ uitium, in 4.co.C. de li. ꝑte. cũ ſi. & ſed iſta ratio militat in quaſi cõtractu, & ſic aditione hæreditatis, ergo &c. Alexan.ubi. ſ̃. dicit ꝙ imo nõ eſt eadem ratio.& iõ ſtatuentes non ita ueriſimil̃r ſtatuiſent in quaſi cõtractu aditionis hæreditatis. nã in cõtractibus naturaliter cõtrahentes ſolent inuicem ſe decipere.l.in cauſę,2.in §.penul.ff. de minori.cum ſi. ideo itroductum eſt & ſtatutum ad iſtum finem, ſed aditio hæreditatis, cum fiat nuda uolũtate mulieris & ſic ibi nõ cadat periculum, ꝙ a cõtrahente decipiat iõ, cum nõ militet rõ, ꝑ cõſequẽs nec ſtatutum. Ad hoc reſpõdet, ꝙ imò mulier poteſt decipi, q̃a legatarii, fideicõmiſſarii, & creditores hæreditarii poſſent decipere mulierẽ falſis ꝑſuaſionibus inducendo eã ad adeũdum cõcurrente fragilitate ſex⁹ & facilitate decipiendi. ideo ratio ſtatuti etiam hoc caſu limitat, & ita dicebat. d. Iaſo. de May. dum. ſub eo audirem.l. Barbarius Philippus, de off.ꝑto. dicens, ꝙ ita cõſuleret. ꝙ iudicaret cõtra cõmunem, limitabat tamẽ niſi hæreditas eſſet lucroſa uel opulenta, ex eo, quod in iſtis terminis not. Bal. in leg 3 neque tutores, per illum textum. C. de contrahenda & committen. ſtipul. ubi dicit illum textũ multũ tenẽdũ mẽti ad ſtatuta de cõtractibus mulierũ ꝙ nõ ualeant ſine conſenſu propinquorũ nam intelligũtur de cõtractibus dãnoſis, nõ de utilibus. Idẽ tenẽt Angelus, & Imo. in dicta.l.mutum, §. 1. & ibi Paulus

9 *Abſolutio a licito iuramento alteri præſtito regulariter non poteſt fieri etiam a papa.*

10 *Excommunicatio nunquam fertur ab hoĩe niſi propter contumaciã, i. quando aliter corrigi non poteſt.*

*Excommunicatio poteſt ferri ſine alia monitione, quando præceſſit contumacia.*

11 *Iudex, ad quem, an eligatur ad electionem appellantis an appellati?*

12 *Priuilegiato in aliquo caſu an poſſit iuſtitia denegari?*

14 *Conſilium & conſenſus multum differunt inter ſe.*

*In confirmationibus electionum an requiratur conſenſus capituli?*

15 *Appellatio non admittitur in his, quæ dilationem non recipiunt, puta in rebus tempore perituris.*

11 *Iuriſdõ iudicis, a quo non ſuſpenditur in his, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis.*

17 *Excõicatus nõ dẽt abſolui, niſi prius ꝑſtita iuratoria cautiõe de parẽdo mãdatis eccleſiæ, et hoc regulariter.*

*Miſſio ĩ poſſeſſionem non reuocatur, niſi prius præſtita cautione fideiuſſoria uel pignoratitia.*

18 *Iuramentum ſiue cautio iuratoria non ſunt exigenda ab illis, qui præſumuntur deierare.*

## CAP. XXV.

a 1 QVa fronte. [a] † Abſoluitur excõicatus cautiõe recepta, licet aduerſarius, uel excõicator, ne abſol

3 uat, appellet. h.d. ſm unũ intellectũ: quẽ tñ oportet limitare, qñ excõicatio ñ fuit lata ꝓ manifeſta cõtumacia, uel offenſa: q̃a tũc nõ dẽt abſolui, niſi ſatiſdatione ꝑcedẽte, ut ĩ c.ex parte.ĩ.de uer.ſig. ſed ſm aliũ intellectũ ꝑt ſic ſummari. Appellans ab excõicatiõe ꝑt petere abſolutionẽ ab excõicatore, a quo appellauit, nõ obſtãte appellatione ſua, uel app.interpoſita per aduerſariũ, ne abſoluat: ñ tñ iſte intellectus multũ cõgruit literę. Diuidit. prima pars reꝑhendit q̃rentẽ. ſecũda, ibi: *ſane,* ipſius duplici q̃õni rñdet. Caſus literalis. Archieps Cãtuarieñ. ſuꝑ qbuſdã dubiis ſuis cõſuluit dñm papã, ante, q̃ ad q̃ões rñdeat Papa, rñdet ꝙ nõ uidet qua fronte ipm cõſulat, cùm dicat iuris ordinẽ ꝑuertere. cũ ipſe nõ in eccleſia, nõ in palatio, nõ in camera ſua, ſed in camera regis ꝯ̃ i⁹ & ꝯ̃ põtificalẽ dignitatẽ electiões epõrũ cõfirmet. Poſtea deſcẽdit ad q̃ões. Prima eſt talis. aliquis fuit excõicatus uel interdictus ꝓ cõtumacia, uel alia iuſta cã. ille offert ſe ad iuſtitiã, pro quibus ſniam recepit. ps aduerſa appellat, ne abſoluat. q̃rit, an iudex ipſum abſoluere debeat? Rñ. papa, ꝙ iudex ipſum abſoluere, põt, ne in excõicatione decedat, etiã ſi appellauerit pars aduerſa, recepta primò cautiõe ſufficienti ab ipſo, ꝙ iuri parebit corã papa, ad quẽ appellauit, uel delegato ipſius. Secũda q̃õ fuit, aliquis cõquerit ſe irrationabiliter excõicatũ, uel interdictũ; nihilominus offert ſe ad iuſtitiam & petit abſolui, pars aduerſa appellat. Ad hãc q̃õnẽ idẽ rñdet, qđ in prima, ꝙ ꝑt illũ abſoluere, ẽt ſi pars aduerſa duxerit appellãdum. Ber. Primò no. ꝙ electiões ꝑñt examinari ſeu cõfirmari ĩ eccleſia, ſiue in palatio epi

2 uel in camera ſua. † Ex ꝑdictis infero ad plura. Primò, ꝙ cauſę eccleſiaſticę ꝑñt iudicial̃r tractari in eccl. Secũdò uerò infero epm poſſe ſibi eligere ſedẽ ĩ aliqua cãnedũ in eccl. ſed in palatio ſuo, uel in camera ſua, & no.tex. ꝓ cõſuetudine quorũdã locorum. Nam in aliquib. locis uicari⁹ epi reddit ius in eccleſia, in aliquib. in palatio epiſcopi, & utrunq; rectè fieri ꝑt, ut hic; quod no.& facit 2.q.2. c. preceptum, ubi bonus tex. Secus dic in iudice ſeculari. Nam eius iudicium agitatum in eccl̃ia nõ ualet, ut eſt tex. hodie ſingularis in ca. decet, de immu.ecc.li.6.in §. omnes ordinarii, & uide gl.ſingularẽ ibi, q d in ꝯ̃ctibus initis in eccleſia, & determinat ꝙ ꝯ̃ctus ualent, licet ꝯ̃hentes peccauerint: q̃a pœna retractationis illius capituli nõ dẽt extendi. Et no. illam glo. perpetuò, ꝙ ubi retractatio actus inducitur a lege in pœnã ꝯ̃facientis, tunc illa diſpoſitio dr̃ odioſa, & pœnalis, & ideo reſtringenda. Dico latius in c.2.ſ̃.de cõſti.ubi eſt bona gl.ĩ uer. diſpendiis.

3 † No.ex illa gl. ꝙ pœna [b] appoſita in quaſi contractu non extendit ad uerũ contractum. Nam in iudicio quaſi ꝯ̃himus.l.3.ff.de pecu.no.Io.An.in c. pia, de excep.lib.6.& tamen pœna nullitatis iudicii.i.quaſi ꝯ̃tractus nõ extenditur ad uerũ ꝯ̃ct. Vñ uerus contractus geſtus in eccl. tenet, ut ibi. Idem puto e ꝯ̃, ut pœna appoſita in ꝯ̃ctu uero nõ habeat locum in quaſi contractu eadẽ rõne, ne fiat extenſio pœnæ ad cauſam non omnino conſimilẽ iuxta gl.no.in c.1.de tempo.ord.lib. 6.

4 *Additio.* † Et hoc ultimũ tenet Bar. in l.more, ff. de acq. here. & l.apud Iul.ff.ex qb.cau.in poſ.eat, & ꝑ hoc dicit, ꝙ mulier ꝑt adire hered. nõ obſtãte ſtetuto, quo cau.r, ꝙ mulier nõ poſſit ꝯ̃here ſine cõſenſu duorũ cõſanguineorũ ſuorũ: q̃a ille, q adit hered. nõ ꝯ̃hit, ut in d.l.apud Iul.& uerba ſtatuti dẽnt intelligi ꝓpriè, qđ no. No. ꝙ nõ ſolũ excõicatus dẽt repelli a petitionib. ſuis, & facit ſe indignũ gr̃a ſedis apoſtolicę, ut in c. cũ parati, ſ̃.e. ſed ẽt ꝑuertẽs iuris ordinẽ, & cõtẽnẽs canonũ diſpoſitionẽ. uñ ꝑꝑ nolebat rñdere ſuꝑ cõſultatiõib. ſuis iſti archiepo q̃a uiolauerat debitũ ordinẽ iuris, & contempſerat canonũ diſpoſitionẽ confirmãdo electiones in camera regis. Itẽ no. in uer. *ſane,* ꝙ ꝑſona non ſolũ excõicatur, ſed etiã interdr̃; ad hoc.c.is cui, de ſen. excõ. li.6. Itẽ no. caſum, in quo iudex, a quo, iuriſdictionẽ ſuã exercet appellatiõe nõ obſtante, ſ. abſoluendo excõicatum. [c] unde autem hoc procedat. ĩ. dicã latius. Oppo. contra text. fortiter. uidetur, quòd nullo modo poſſit procedere hoc capitulũ. Aut enim iſte fuerat excõmunicatus ꝓ manifeſta offenſa, ſiue contumacia, & non debebat abſolui, niſi prius præſtita ſatiſfa-

ctione,& iuſta eſt ꝯdictio aduerſarii, vt ĩ c.ſolet,de ſen.exc.li.6.& c.ex parte,el 1.ĩ. de ver.ſig. Aut fuerat excõicat⁹ ꝓ offenſa, vel cõtumacia dubia; & tũc appellatio,ne abſolueret̃ eſt fruſtratoria:qa ſatis eſt hoc caſu pſtare cautionẽ,vt in d.c.ex parte.ergo appel.iſta tanq̃ fruſtratoria non debebat deuoluere cãm ad ſuperiorẽ, & ꝑ conſequẽs nõ debebat iudex recipere cautionẽ de parẽdo iuri corã iud.ad quẽ fuerat appellatũ.So.ex ſparſis dictis doct.colligo cõpẽdioſè duas lec.Prima, vt ĩtelligat̃ text.ꝙ petebat̃ abſolutio à iudice, à quo. Secũda,ꝙ petebat̃ à iudice,ad quẽ.Prima lect.ſubdiuidit̃ in duas partes . Prima, qñ aduerſarius tñ appellauit,ne abſolueret̃. Secũda, qñ excõicat⁹ prius appellauit, & poſtea petiit abſolutionẽ, & aduerſarius appellabat,ne abſolueret̃; & ſic concurrebat vtriuſque partis appellatio.Venio ad primã lect.q̃uo petebat̃ abſolutio à iudice,à quo,& aduerſari⁹ tñ appellabat.Pe. & Abb.rñdẽt ad ꝯriũ, ꝙ hic nõ fuit appellatũ ne abſolueret̃,ſed ex cã ſuꝑuenienti. vñ ꝑꝑ affinitatẽ nouiter ꝯctã inter iudicẽ & excõicatũ appellatio ſua habuit deuoluere cãm. Hæc ſol.ĩpugnat̃ ꝑ Io.An.ꝙ ſuſcipio nõ eſt ſufficiẽs cã appellãdi,ſed recuſãdi tñ,vt no.in c.accedẽs,vt li.nõ conteſt.Itẽ dico,ꝙ ex alio corruit iſta ſol.qa in tex.dr̃,ꝙ iſte appellauit,ne abſolueret̃. Secũda ſol.ſm Hoſ.ꝙ ex aliqua rõnabili cã iſte appellauit.Hęc ſolutio penitus nõ euacuat ꝯriũ: qa in lr̃a dr̃,ꝙ aduerſari⁹ appellauerat, ne abſolueret̃. Tertiã ſol.ponit Io.An.vt ꝓcedat ſm antiqua iura,ſm q̃ appellatio non expreſſa cã deuoluebat cãm ad ſuperiorẽ,nõ tñ impediebat abſolutionẽ ꝑꝑ rõnẽ lr̃æ, ne decederet in excõicatione. Hæc tertia ſolutio põt impugnari:qa lr̃a dicit,ꝙ appellauerat, ne abſolueret̃,& ſic exprimebãt cãm fruſtratoriam ꝯ ius:ſed cã manifeſtè friuola ẽt ſm antiqua iura nõ deuoluebat cãm ad ſuperiorẽ,vt no.in c.vt debit⁹.ĩ.eo.Pono duas ſolutiones.Prima,ꝙ *licet à principio ꝯdixiſſet,ne abſolueret̃*; tñ poſtea appellauit ſimpliciter vidẽs non ꝓficere;& ſic poſſet ſaluari ſolutio Io.And.Pono ſecundã meliorẽ,ꝙ hic ꝯdicebat iſti,ne abſolueretur añ ſatisfactionẽ, proponẽs fortè offenſã vl̃ cõtumaciã manifeſtã;ſed pars & iudex hoc negabãt,iõ ille appellauit.Hæc appellatio ẽt ſm hodierna tpa eſt legitima, vt a in c.ſolet,de ſen.excõ.li.6.iõ habuit deuoluere cãm ad ſuperiorẽ.Et ſi diceres,quare abſoluit iud.à quo , ex quo appellatio.
i.frõte eſt legitima?Rñdeo, ꝙ vbi appel- b latio fuit ĩteriecta nõ expreſſa cã , duplex
5 fuit rõ abſoluẽdi.† Vna,ne pẽdẽte litigio iſte decederet in excõicatione, vt in lr̃a: ſed ꝓiudet̃ parti aduerſę recipiendo cautionẽ.Secũda rõ, qa iſta abſolutio tẽdit ĩ *faciliorẽ exitum cãæ appellationis*: hanc ſñiam tenet Fed.de Se.conſ.178.Nam iudex,ad quẽ, añ oĩa ipſum abſolueret recepta cautione,vt in c.ꝑ tuas,ĩ.de ſen.excõ. Sed ſi expreſſit illã cãm,qa fuerat excõicatus ꝓ manifeſta cã;tũc vnica eſt rõ abſoluẽdi, ne decedat interim in excõicatione : qm̃ abſolutio nõ tẽdit hoc caſu in faciliorẽ exitũ.iõ ꝑiudicat appellationi, cùm ob hoc fuiſſet appellatũ,ne abſolueret̃.Ex his habes declaratã primã lect. & habes caſum,in quo iudex,à quo,abſoluit poſt appellationẽ rõnibus ꝑdictis.Venio ad ſecundã lect.quę hẽt,ꝙ excõicatus prius appellauerat ab excõicatione , & tũc petebat abſolutionẽ;& aduerſarius appellabat,ne abſolueret̃.Dic ꝙ reſpectu appellationis aduerſarii ſatis.ſ̃.mã diſcuſſa eſt:ſed reſpectu appellationis interpoſitæ ab excõicato dicit Inno.ꝙ petẽdo abſolutionẽ à iudice,à quo, tacitè renũtiauit appellationi ſuæ,niſi fuerit ꝓteſtatus: quia nõ intẽdebat renũtiare appellationi.de hoc vide qđ plenè dixi in c.qõni,ſ̃.eo.dicit tñ Inn.ꝙ ſiue ſit ordinarius,ſiue delegat⁹, ſiue detulit appellationi,ſiue nõ;ꝑt ipſum abſoluere, ſed non reddit cãm, quare. Sed dic,ꝙ duplex poſſet eſſe rõ.ſi.n.cenſetur renũciare appellationi,tũc non habet dubiũ, cũ iuriſdictio integra reuertat̃ ad eũ.In caſibus,in quibus nõ renũtiat, dic ꝙ rõ abſoluẽdi eſt duplex.Prima,ne pẽdente appellatione iſte decedat in excõicatione.Secũda,qa tendit in faciliorẽ exitũ cãę appellationis.Nã hoc faceret iudex , ad quem añ oĩa,vt ĩ c. ꝑ tuas,ꝑ:æal.de ſen.exc. Mihi tñ nõ placet dictũ ſuũ in delegato,q detulit appellationi : quia ꝑ delationẽ tota iuriſdictio eſt ab eo abdicata & trãſlata in ſuꝑiorem , ut ĩ c.cũ appellationibus,eo.ti.lib.6.nec tãta imminet neceſſitas, vt dicam⁹ nõ iudicẽ poſſe abſoluere ab excõicatione, vt eſt iſte, q detulit appellationi.Venio ad tertiã lect.ꝙ hic petebatur abſolutio à iudice,ad quẽ;& hoc innuit ſatis finis hui⁹. c.dũ dicit,ꝙ excõicator ꝯdicebat.& hoc caſu dicit Hoſ.ꝙ iudex, ad quẽ,ꝑt abſoluere poſt,q̃ examinauit cãm partibus ꝑſentibus,& nõ añ per c.Romana. §.pe.e.ti.li.6.& ita tenet̃ cõiter, & cũ eo trãſeũt doct. Sed aduerte, qa hoc nõ eſt verũ in abſolutiõe,quæ fit cũ cautione ; qa ante oĩa iudex,ad quem, talẽ abſolutionẽ impartit̃. tex.eſt apertus in d.c.ꝑ tuas:ſed ſñiam reuocare,vel denunciare nullã nõ ꝑt,niſi prius plenè cognouerit de cã ꝑſentibus partibus, & ita loquit̃.§.pe.alle. ꝑ Hoſt. Aliud eſt abſoluere cautione recepta:& aliud reuocare ſñiam,vel denũtiare eã nullã, ut ipſemet Io.And.dicit in nouel.Rõ diuerſitatis eſt,qa in abſolutione, q̃ fit cautiõe recepta,nulli parti ꝑiudicat̃,nec aliq̃d fit in effectu ꝯ ſñiam excõicatoris:ſed ꝯ,qñ *vult reuocare* tanq̃ iniuſtã,ſeu denunciare nullã,in hoc ꝑiudicat parti aduerſę, & tacitè pronunciat excõicationẽ malè ꝓceſſiſſe; qđ nõ debet poſſe facere, niſi prius de meritis appellationis cognouerit;& ꝑ hoc habes clariſſimè intellectũ huius. c.& multorũ iuriũ. ſ̃.allegatorũ . Vnũ tñ no.ꝙ do.Ant.*hic* aptè vr̃ reuocare id qđ dixi poſt eũ in c.qõni,ſ̃.eo.dicit.n.primò,ꝙ iudex,à quo,põt abſoluere ꝑ viã reuocationis.poſtea dicit hoc ſibi nõ placere: qa per hoc ceſſaret applo reuocãdo grauamẽ,& ſic nulla remaneret dubietas: qa nõ ꝑt amplius dici iudex,à quo,cũ ceſ-
6 ſat applo ; ad hoc.c.ſi à iudice,e.*ti.li.6*.† *Supra viſum eſt*,an & qñ iudex à quo,vel,ad quem, abſoluere poſſit ab excõicatione.Nũc q̃ro de.q.quotidiana, nũquid iudex teneat̃ citare a partem aduerſã ad actũ abſolutionis?Doct.cõiter tenẽt ꝙ ſic,cũ poſſit ꝑtendere intereſſe.fortè.n.expenſas,quas fecit, cõſequi dt añ abſolutionẽ,de ſen.exc.c.cũ venerabilibus.§. idẽ, li.6.vel fortè poſſit ꝑtendere offenſã manifeſtã ita,ꝙ añ abſolutionẽ b deberet aduerſarius ſatisfacere;rõne ergo ſui intereſſe vocari debet,arg.ca.inter quatuor, de maio.& obe.& 3.q.9.c.oĩa.Simile, cũ reuocat̃ miſſio in poſſeſſionẽ vt no.in c.qm̃ frequenter.§.in aliis,ut lit.non conte.Dicunt tñ doct.cõiter hic,& in c.1.de iudi.ꝙ,ſi de facto fieret abſolutio parte non uocata,tenet; & idem tenet Spec.in titu.de contu.§.fin.uer.ſed pone excommunicatus.uide etiam glo. in cap.excommunicatos.11.q.3.quę uidetur limitare dicta doctorum hic , ut pars ſit uocanda ad actum abſolutionis, quãdo iudex excõicauit ad inſtantiam partis:ſecus, ſi excõicauit ex ſuo mero officio ; & hoc dictum ſatis mihi placet:

facit

de Ca. Idẽ tenet ibi Alex.poſt Raph.Cu.in d.l.more. ſimile dicim⁹ in iudiciis.l.non iõ, C.de procur. cũ ſi.bñ facit qđ no.Ang.& Imol. in l.2.ꝑ gl.ibi.ff. de excep.facit qđ uult gl.in l.q̃cunque, C.de bonis q̃ li.quã Bald.ibi circa prin. exclamat , & dicit eſſe tenẽdã mẽti, ꝙ ꝓ utilitate filii pater ꝑt alienare bona aduẽticia filii, in quibus habet uſumfru.qđ dicit Bald.facere ad locationes rerũ eccleſiæ , q̃ poſſunt fieri pro utilitate eccleſiæ uſque ad ãnos. 29.facit qđ no.Bald.in l.contra iuris ciuilis regulas in fi.prin.ꝑ illũ tex.ff.de pac. Adde an mulier *ſtãte prædicto ſtatuto* poſſit hæreditatẽ adire,Ang. in terminis conſi. 311.

Adde hic Archidiac.in ca.qui iubente . 11.q.3 ubi dicit , ꝙ ſatisfactio nunq̃ denegatur excõicato , ut hic:ſed uenia iterdum bñ differtur, ut ibi,& in c.ſi qs aũt . 18.diſt.Item adde,ꝙ excõicat⁹ petens ſe abſolui etiã in nõ adiecta cauſa auditur, ſecundũ.d.de Ro.in antiquis. dec.85. SEBA. SAPIA.

a Citare . Vide Gemi.in c.Romanã. §.ſñias, de ſen.ex cõ. li.6. Calde. in conſ.7.inci.ã eps, in tit.de iureiu.& in conſ.1.in ti.de feriis , & Petr.de Anch.in con.199. inc. ꝑdictis . Lau. de Rodul.in trac. de uſu.q.125.

b An in abſolutione à ſententia excommunicatiõis aduerſarius ſit citãdus. & adde qđ no.d.de Ro.déci. ſua . 2.& Rom.in ſuis ſing.in litera C.notabili, quod ic.ſine citatiõe,& qđ no.d.An.in c. cùm ceſſante . ĩ.e. in 7.colũ.de hoc per Inn.in ca.prudentiã, circa fi.de



facit ꝙ ĩ ſimili no.Bar.ĩ.l.2.ff.đ eo, q in
7 ius uoca.† Sed ꝯ ꝑdicta adduco tex.notabilẽ in.c.Romana.§.ſñias,de ſen.excõ.*li.6*.vbi dicit̃, ꝙ ſñia excõicationis uel interdicti nullatenus eſt reuocãda parte ñ uocata.Et ꝑ illũ tex.arg. Io.An.ꝯ opi.ꝑdictã, vt ñ teneat abſolutio parte ñ vocata,licet hic nullã mẽtionẽ faciat đ illo. §.nec ẽt do.Ant. ſđ ſimpl̃r trãſeũt cũ ꝑdictis. Sđ reducẽdo ad ꝯcordiã multa iura diſtinguo qđ aut abſolutio fit ab ipſo excõicatore, ſiue ſuꝑiore ꝯcurrẽte cũ eo ad actũ iuriſdõnis circa excõicatũ; & tũc tenet abſolutio parte ñ vocatã;tex.ẽ maxime iũcta gl. ĩ fi.c. cũ ab eccl̃iarũ đ off. ordi.Rõ hui⁹ ẽ, qa iſta abſolutio eſt act⁹ pœnitẽtialis;iõ ad ſui eſſẽtiã ñ exigit citationẽ.Secunda rõ, ꝙ ſicut excõicatio ſine citatiõe lata tenet,vt ĩ.c.ſacro,đ ſentẽ.excõi.& no.11.q.3.ĩ.ſum. ita & abſolutio tenere dẽt forti⁹ , cũ ſit act⁹ magis fauorabilis;uide tex.cũ gl.ĩ.c.uenerabilib⁹.§.ubi aũt,de ſen.excõ.lib.6.vbi tradit̃ rl̃a gñalis,ꝙ abſolutio facta a iudice ſuo q̃tũcũq; iniuſta tenet,& ñ trades obliuioni illũ text. & in hoc caſu intellige dicta doct.hic,& ĩ c.1.Qñ q; abſolutio fit a iudice,ad quẽ deuoluit̃ iuriſdõ ſolũ uia appellationis:exẽplũ in archiepõ , q ñ hẽt iuriſdõnẽ rl̃r ĩ ſubditos ſuffraganei niſi ꝑ appellationẽ,ut ĩ.c.paſtoralis,de offi. ordi.& hoc caſu dic, ꝙ ſi ñ eſt appellatũ ad eũ,ñ valet abſolutio, niſi recipiat appelationẽ ex ꝓbabili cã emiſſã.tunc em̃ abſolutio facta ab eo tenet ẽt parte ñ vocata,licet ſit iniuſta;qa hoc caſu iudex ẽ, & ꝑ ꝯſequẽs ꝓcedũt rõnes allegatę ĩ excõicatore;ad hoc c.ꝑ tuas , & qđ ibi no. đ ſen.excõi.&. dict⁹.§. ubi aũt , q ꝓprie loq̃t̃ de iudice ad quẽ.Aut vult ſñiam excõicatiõis reuocare tanq̃ iniuſtã , vel eã denũtiare nullã;& ñ ꝑt niſi partib⁹ vocatis;& ſi aliter faceret , reuocatio uel declaratio nõ teneret;& hoc caſu intellige dictũ.§.ſñias,& Io.An.ibi.rõ eſt, qa hoc caſu ẽ quaſi diffinitiue ꝓnũtiare ſuꝑ ipa excõicatiõe,& ẽ act⁹ iudicialis,nec cõpetit ſibi poteſtas , niſi prius examinauerit
8 cãm.† Et hęc faciũt ad q̃ſtionẽ quotidia-
a nã,nũq̃d abſolutio a iuramento a ꝑſtito ſuꝑ aliquo cõtractu facta ab epõ parte ñ vocata valeat in caſib⁹ ĩ q b⁹ pars dẽat vocari?do. Ant.in.c.debitores,đ iure iur.tenet ꝙ ſic,arguẽdo ꝑ ſimile de abſolutiõe facta ab excõicatiõe parte ñ uocata. Sed ꝑ ꝑdicta ego diſtinguerẽ, ꝙ aut certũ eſt iurm̃ eſſe illicitũ ex parte recipientis , & ꝓcedit dictũ ſuũ:qa hoc caſu clarum eſt epm̃ eſſe iudicẽ ſuũ in abſoluẽdo ꝑ id,ꝙ no.Inn.d.c.debitores:ſđ ubi ꝯtract⁹,ſuꝑ quo iurm̃ fuit ꝑſtitũ in ſui ſerie nullã iniquitatẽ ꝯtinet, licet iniq̃tas allegaret̃ ꝑ partẽ;puto ꝙ ñ teneat abſolutio parte ñ
9 uocata :† Quia rl̃r epus,nec ẽt ꝑꝑ ꝑt abſoluere a licito iuro alteri ꝑſtito, vt no. Inn.ĩ.c.cũ inter,P.đ renũ.& ẽ gl.or.in.c. b q̃to,đ iureiur.& ibi plene dixi.ergo nec ẽt iudex ĩ oẽm euẽtũ;& ſic ante,q̃ cõſtet iurm̃ eẽ illicitũ,ñ ꝑt abſoluere,& ꝯſtare ñ ꝑt,niſi parte uocata,ut ĩ.c.tũ ex lr̃is,de ĩ integrũ reſt.& ĩ l.fi. C.ſi ꝑ vim vel alio mõ.vñ ꝑſuppoſito , ꝙ iura. illicitũ eẽt & receptũ,ex quo tñ ñ cõſtat,ñ tenet q̃cq̃d facit: qa ignorat id,ꝙ ẽ fundamentũ ſuę iuriſdi.ad hoc l.q̃ro,ff.đ eo q ꝓ tuto.vide notabilẽ theoricã.Bar. ĩ.l.multũ ĩter eſt,ff.đ ꝯdi.& demõ.&.l.ſi finita.§.Iulia
10 on⁹,ff.đ dã.infec.hoc no.† Opp. ꝯ tex.in. §.*ſane*,ubi dr̃,ſeu ꝑſupponit̃ quẽ poſſe excõicari ꝓ cõtumacia, uel alia cã.hoc em̃ vr̃ falſũ, cũ ab hoĩe nũq̃ ſit ferẽda excõicatio,niſi ꝑꝑ cõtumaciã; gl.ẽ not.11.q. 3.c.nemo.vbi dr̃,qđ nũq̃ dẽt qs excõicari,niſi qñ aliter corrigi nõ ꝑt.Sol. doct. aliq̃d tãgũt hic,ſed ñ clare; uide Inn.in. c.ex parte,el.1.ĩ.đ uerb. ſigni.ĩ vlti. col. Dic ad hoc clari⁹,ꝙ eo qđ ſemꝑ cõtumacia dẽt eſſe immediata cã excõicatiõis, ſiue ꝑceſſerit delictũ,ſiue nõ; dẽt pri⁹ ſẽper moneri,ut ſatisfaciat de hac cõtumacia immediata;intellige ꝯria,qñ offenſa ſeu delictũ eſt cã excõicationis,ſed non immediata.Et de hac immediata intellige illũ tex.& cõſimiles. Et adde unũ no. dictũ Inn.in.d.c. ex parte , ꝙ ubi ꝑceſſit cõtumacia ẽt extiudicialis, ꝑt ſeq excõicatio ſine alia admonitiõe ꝑ.c.certũ. 10.
11 qõ.3.& vide latius ĩ.d.c.ex parte.† Opp. ꝯ tex. ibi:*ſi maluerit aduerſarius* . vr̃ em̃,ꝙ b ñ ad appellatũ ( ſicut hic innuit ) ꝑtinet facultas eligẽdi iudicẽ,corã quo cã tractet̃,ſed ad appellãtẽ.2.q.6.ca. ad Romanã.So.doct.uario mõ ſoluũt hoc , ſed tu dic ut no.in.c.cordi.e.ti.li.6. ĩ gl.in ver. petierit.Itẽ opp.qđ.§.*de his*,vr̃ eſſe ſuperflu⁹:qa idẽ dicit cũ priori.dic ꝙ prim⁹.§. loq̃t cũ appellat aduerſari⁹, iſte cũ appel
12 lat excõicator.† In gl.1.ĩ fi. ꝑ hoc Hoſt. infert qđ ſi priuilegiatus excedat, ꝑt ſibi iuſtitia denegari;adducit̃.c.nuꝑ. §.fi.ĩ.đ deci.ſđ ſi ñ excedat,ſec⁹,in.c.4.de priui. in fi.& vr̃ hoc mirabile dictũ,ſed intelligo hoc mõ, qñ priuilegiatus delinquit ꝯ ſubditũ alicui⁹ iudicis,& non uult ſatiſfacere , ut poſtea ſibi petẽti iuſtitiam de alio ſubdito , uel de eodẽ poſſit iuſtitia denegari ꝑ iudicẽ niſi primò ſatisfaciat & eẽt exq̃ſit⁹ mod⁹ ꝓcedẽdi ꝯ exẽptos. Sed ñ credo ꝓcedere,qñ delictũ ipſius ñ
13 eẽt liquidum.† In gl.2. in fine,dic quod ꝯria ꝓcedunt in iudiciis ſecularib⁹,ut in capi.decet, ꝑalleg. ſed iudicia eccleſiaſtica ꝑñt in eccleſia exerceri , ut in capitu. ꝑceptũ.2.q.ſtione.2.alleg.in gloſſ.&c.
14 † In gl.in uer.ꝯ debitũ,ibi,ſine cõſilio capituli,in eo qđ gl. exigit cõſenſum capituli in confirmationib⁹ electionũ cõiter damnat̃ a doctorib⁹ , qa iura alleg in gl. ſolũ exigũt cõſiliũ & ñ conſenſũ & maxima ẽ diuerſitas inter cõſiliũ & cõſenſũ, ut in cap.1.ne ſede vacãte,li.6. & in cap. cũ in ueteri, de electioni.ubi dixi hodie qualis exigat̃ cãę cognitio in confirmationib⁹ *b* electionũ,dic ut eſt hodie tex.ĩ ca.fi.de electioni.li.6.In gl.in uer. decedat.No.ex hac glo.tres rõnes decidendi

offi. deleg. in gl. ſua , q̃ ẽ ſuꝑ uerſi. a iudice.&.d.Ant. in.c.dilectus,el.1. in uer.ad ſecundũ de reſc. & ad hoc qđ de abſolutione a iuramento no.ipſe do.Abba. Pa. poſt Innoc.& do. Anto. in.c.debitores, de iureiurã. Et qñ q̃s petit a iudice, ut declaret quẽ incidiſſe ĩ canonem , ſi quis ſuadente, an dẽat pars citari , uide do.de Ro.dec. 52. ſecundum ordinẽ meũ nouiſſ. & ꝙ ab ſolutio ab excõi. poſſit fieri parte non citata, eſt tex.in.c.olim, de reſc.quem ponderat ibi d.Anto. in prin.2.colum. uer.no. hoc apertum . Sed de hoc uide per Bal.in.l. ſi pacto quo pœnã,circa princ.C. đ pac.ubi alle.gl. in.d.c. excõmunicatos. 11. q. 3. & ꝑ.d.Ab. Panor.in c.ꝑ tuas,circa fin. uer. cõclude poſt doct.de ſen.excõ. & per Bal. in.c.1. in pe.co. 1. commento , de iudi.

a Abſolutio a iuramento . Adde Oldr. conſ.102.& 186.

SEB. SAPIA.

a Iuramento.Vide Ro.in ſin. 583. in ci.tu habes regulam , & late per Iaſ. in.l. nec quicq̃. §. ubi decretũ, col.9.ff.de offi.ꝓ cõſul, ꝙ leg.& ꝑ Ro.in conſi. 587. inc.circa propoſitam,& An.Sicu.in conſi.85. in.3.uo. &.d.Fran Curtiũ in conſi. 43.incipi. ſuper contingentia, co.penul. ubi plene.

b In confirmationib⁹ electionũ an requiratur cõſenſus ſui capituli.& de hoc per glo.in c. epm̃ ñ oportet, 61.diſt. & ꝑ doct. in.c.fin.in. 3. col. de elect. in. 6. ſed tu limita,& declara hic multũ elegãter,ut ꝑ.d.Ant. poſt doctor. in.c. cũ inter.§.1.in.2. col. de re iudic.& uide quod de hoc plene *ſcripſit do*. Bar. de bel. in.c. nouit,in. 6.qõ.de his, quæ ſi.a prælatis.

fieri a iudice, a quo. Prima rõ quia ſpecia
le eſt in ſnĩa excõ. qa ꝑꝑ periculũ timet̃,
ne decedat in excommunicatione: quia
peccatũ qñq; eſt cã accelerãdi terminos
uitæ; ſic ẽt & bonitas; & hoc ne mutetur
intellect⁹ bonorũ: intellige tñ ñ ſemper
hoc cõtingere, ſed qñq;. nã ſi dictũ gl. ge
neraliter eẽt verũ, null⁹ homo ferè rema
neret in mũdo, & vide ad intellectum gl.
pulchrũ tex. in. c. ſi ex bono de pœni. diſt.
15 4. alleg. hic in gl. † Secũda rõ decidendi,
eſt, qa in his, q̃ ñ capiũt dilationẽ nõ ad-
mittit̃ appel. vt puta, qa res eſt tẽpore pe
ritura. multa exẽpla patẽt in. l. fi. ff. đ ap.
reci. no. tu cano. iſtã glo. Tertia rõ ponit̃
hic in ver. *præterea*, q̃ eſt magis gñalis, ꝙ
ideo p̃t iudex, a quo, quia nil deperit ad
uerſario ꝑ hãc abſolutionẽ, cũ ſibi cautũ
ſit ꝑ receptiõem cautionis, & excõicato
prodeſt, ne interim vitet̃, vel moriatur.
16 † Ex hac tertia rõne nõ. ꝙ iudex, a quo,
p̃t oẽ id, ꝙ tendit in faciliorẽ exitũ cãę
appellationis. Et vide ꝙ plenè dixi in. c. 1
cũ teneamur, s̃. eo. ſed tene menti hanc
17 particulã gl. iuncto tex. † In gl. in ver. cau
tiõe, ĩ fi. No. iſtã gl. ſemper. ex qua habes
rł̃am, & vnũ caſum exceptũ a rł̃a. Et hęc
eſt rł̃a, qđ abſolutio a qualibet excõica-
a tiõe fiat cũ cautione iuratoria, [a] id eſt, ꝙ
abſoluẽd⁹ iuret ſtare mãdatis eccleſię ſu
ꝑ illa excõmunicatiõe. Caſus except⁹ eſt
ille, cũ fuit excõicat⁹: qa noluit parere iu
ri, ideſt cũ excõicatio fuit lata ꝓ cõtuma
cia iudiciali. Et licet doct. hic ſimpł̃r trã
ſeãt: tñ plenius diſtinguunt hãc mãm in.
c. ex parte. 1. j̃. de uer. ſig. vbi uide. Sđ quo
ad caſum nõ exceptũ puto gl. optimè lo-
qui. Primò cũ hic verſetur intereſſe par-
tis, & hẽat vim cuiuſdã miſſionis, vt in.
c. quoniã frequẽter. in fi. vt lit. ñ conte. ſi
cut miſſio ñ reuocatur, niſi pręſtita cau-
tione fideiuſſoria, vel pignoratitia, ut in
aut̃. ei qui iurat, C. de bo. autho. iud poſ.
& in. cap. 1. j̃. de ſequeſtra. poſſ. Ita nec ex
cõicatio dẽt relaxari niſi tali cautiõe p̃-
ſtita. Itẽ cautio de iudicio ſiſti eſt præto
ria. l. 1. ff. de p̃to. ſtipu. Et rł̃r oẽs cautio-
nes p̃toriæ debent eſſe ſufficientes, ut in.
18 d. l. 1. † Reſpectu regulę no. dictũ pulchrũ 2
ꝙ ubicũq; timet̃, ne abſoluẽd⁹ veniat ꝯ iu
ramentũ nõ ſufficit iuratoria cautio; ita b
cõiter not. doc. in. c. fi. de reſt. ſpo. & in. c.
ad reprimendam, de off. or. Adde ad p̃di
cta. c. 1. de do. & contu. li. 6. & facit gl. in.
c. quęſtioni, & quod ibi dixi ſupra eod.

ZACHARI.
a Cum cautione iuratoria. Adde, an fieri poſſit parte ñ citata, ſi pars offerat cautionẽ de ſtando iuri, uel de ſatisfaciendo parti, uide Spe. in ti. de cõt. §. nũc dicam⁹, ver. ſed põe, & uer. ſeq. & ibi quid ſi quis ſe abſẽtet vt abſolutionẽ differat, & qualiter tũc fiat abſolutio, ibi dicit. & ꝑ Inn. in. c. prudẽtiam, in pen. colũ. in gl. in uerſic. malitiam; s̃. de off. de lega.

ZACHARI.
b Monitione præmiſſa. Dic ut nota ui in apo. ad iſtũ in. c. ab excommunicato, in apo. in uer. tenet. s̃. de reſcr.

SEB. SAPIA.
c In ca. 1. de exceſ. p̃la. Vide ibi Abb. idem tenentem & in. c. 2. in prin. j̃. đ cle. exc. miniſt. & quomodo procedat tex. iſte, declarat Ro. conſi. 482. inc. in caſu p̃miſſo, colum. fin. uer. tertio dico.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatio ſiue ſuſpenſio non debet ferri, niſi prius monitione præmiſſa. 2. 3. 4.*
*Appellans ſi in termino ſibi præfixo nõ proſequitur appellationem, iudex, a quo, reaſſumit iuriſdictionem.*
*Appellans ſi neglexerit proſequi appellationem, & ipſe appellatus proſequatur, condemnatur in expenſis ipſi proſequenti. 10. uide infra. nu. 14. ubi iudex facit iſtam condemnationem.*
2 *Excommunicatio non fertur ab homine niſi per contumaciam in non parendo in iudicio, uel in non ſatiſfaciendo.*
3 *Suſpenſio antè, quam feratur requirit monitionem, quando quis ſuſpenditur ob contumaciam: ſecus, ſi propter delictum. 4.*
5 *Clericus poteſt ſuſpendi ab officijs diuinis propter delictum.*
6 *Excommunicatio poteſt ferri ab homine nulla monitione præmiſſa, quando ius fulminat ipſam ipſo facto propter aliquod delictum. 7.*
8 *Excommunicatus a iure poteſt pro eodem delicto ab homine pronuntiari excõmunicatus citra aliam contumaciam, & quare?*
*Pœna certo modo terminata a iure poteſt minui uel augeri per ipſum iudicẽ pro aliquo delicto.*
9 *Appellari non poteſt contra ſtatuta eccleſiaſtica, nec a pœna imponenda ſecundum aliquam regulam, uel ſtatuta.*
11 *Abbas poteſt punire monachos ſuos ſine conſenſu capituli, quia ipſe ſolus habet poteſtatem inſolidum in ſuos monachos.*
12 *In notorijs quæ forma citandi obſeruantur, uide remiſſiue.*
13 *Excommunicatio lata ſine monitione tenet, fallit ut hic.*
15 *Debitor egenus tunc luit in corpore, quando reſpectu ſui id, quod uenit ſoluẽdum, eſt pœna, ſed reſpectu creditoris eſt intereſſe.*
16 *Clerici beneficiati non habentes aliquid in patrimonio, an dicãtur habere proprium?*
*Proprium qui dicantur non habere ad uitandam pœnam, de qua in textu?*
17 *Clerici an faciant ſuos fructus beneficiorum ſuorum? 18.*
19 *Tutor, prælatus, & quilibet alius adminiſtrator, ſi mouerunt litem iniuſtam, & ob hoc condemnentur in expenſis, debent illas ſoluere de ſuo. 22.*
20 *Clericus litigans ſi condemnetur in expenſis, an ſoluet illas de reditibus ſui beneficij, an de ſuo patrimonio?*
21 *Delictum prælati communicato conſi. cum capi. nocet eccle. præſertim in iudicio.*

## CAP. XXVI.

1 R*Eprehenſibilis.* † Prælatus ſubditum ſuſpendere, vel excommunicare ñ dẽt, niſi monitione p̃miſſa: nec ſubditus ꝯ diſciplinam eccleſiaſticã appellare, maxime ſi eſt religioſus. hoc primò. Iudex, a quo, præfigit terminũ appelãti ad appellationẽ ꝓſequẽdã, intra quẽ ſi ñ ꝓſequatur iudex, a quo, reaſſumit iuriſdictionẽ. hoc ſecũdo. Appellãs verò nõ ꝓſequẽs appellationẽ ſuã cõdemnat̃ in expẽſis appellato ꝓſequẽti. hoc tertiò. Et quinq; ſunt dicta text. ſm, ibi: *nec ſubiecti*. tertiũ, ibi: *ſi uerò*. quartũ, ibi: *ſi autem*. quintũ, ibi: *præcipue*. Caſus literalis: Quia prælati nimium prõpti erant & faciles ad excommunicãdum, & ſubditi promptiores ad appellandum, uolens Lateranenſe concilium prouidere ſuper his tam ſubditis, quam prælatis, ſtatuit, quod p̃lati ſuſpenſionis vel excommunicationis ſententiam nulla tenus proferant in ſubditos, niſi canonica monitione præmiſſa, niſi forte talis ſit culpa, quę ipſo facto ſuſpenſionem uel excõmunicationẽ inducat. nec ſubiecti ꝯ diſciplinã eccleſiaſticã appellare p̃ſumãt: ſed ſi qs ꝓ ſua neceſſitate appellauerit, cõpetẽs ſibi termin⁹ p̃figat̃ ad ꝓſequẽdã appe. ꝙ ſi intra terminũ nõ fuerit ꝓſecutus, extũc ep̃s authoritate ſua vtatur. Si autẽ aliquis appellauerit, & ille, ꝯ quẽ fuerit appellatũ, venit, ille verò qui appellat uenire neglexerit, ſi propriũ habuerit in expenſis alteri ꝯdemnet̃, vt hoc ſaltẽ timore pterrit⁹ ñ facile qs appellet. In fi. dicit, ꝙ religioſi cũ fuerint ꝓ ſuis exceſſib⁹ corrigẽdi, ꝯ regularẽ diſciplinã non
2 appellent. Ber. † No. primò vnã rł̃am gñalẽ, ꝙ ſnĩa excõicationis uel ſuſpẽſionis nũq̃ eſt ferẽda ab homine niſi cano-
b nica monitione p̃miſſa [b]; & ſic elicitur illud, qđ excõicatio nunq̃ eſt ferẽda ab hoĩe, niſi pro cõtumacia, ſiue in nõ parẽdo in iudicio, ſiue in nõ ſatisfaciẽdo. 11. q. 3. c. ep̃i, & ibi gl. Hodie adde, ꝙ habet̃ in. c. 1. de ſen. excõ. li. 6. ubi idẽ diſponit̃ de interdicto eccleſiaſtico, & dẽt in ſcriptis ferri, vt ibi.
3 † Sed limita p̃dicta & tex. ſm unũ peregrinũ dictũ Inno. ꝙ
c nõ ſolet cõiter allegari in. c. 1. de exceſ. p̃la. [c] ut reſpectu ſuſpẽſiõis ꝓcedat iſte tex. requirẽs monitionem, qñ ſuſpẽſio fert̃ ꝑꝑ cõtumaciã: ſec⁹, ſi in pœnã delicti: qa tũc fruſtra fieret monitio, cũ oportet eũ luere pœnã delicti cõmiſſi. nam ſuſpẽſio ſæpe fit ꝑꝑ delictũ, ut in. c. tã lr̃is, s̃. de teſti. 5. q. 4. c. in loco: ſec⁹ in excõicatiõe: qa illa nũq̃ fert̃ ab hoĩe ꝑꝑ delictũ; & q̃ cito uult ſatisfacere, illico dẽt relaxari. 11. q. 3. c.
4 nemo, & c. illud. † Et idem, ꝙ nõ requiratur hoc caſu monitio; tenuit Inn. in. c. ad hæc qñ infra. e. ubi dicit, ꝙ excõicatio, interdictũ, & ſuſpẽſio ęquiparant̃ in multis, & p̃ſertim in hoc, ut debeat p̃cedere monitio, niſi quando ſuſpenſio fieret in pœnam delicti. Hoſti. tamen ibi hoc approbat re-



ſpectu ſuſpẽſionis fiẽdæ a canone; ſecus ſi a iudice: qa tũc re-
qrit̃ monitio ſm eũ; alle. c. ſicut, de coha. cle. & mu. Mihi placet indiſt. dictũ Inn. & ꝓ eo vr̃ tex. ĩ d. c. tã lr̃is, de teſti. ubi papa ſine monitione impoſuit pœnã ſuſpẽſionis. ergo & alii hoc facere p̃nt, de re iud. c. ĩ cauſis. Ad idẽ allego c. Romana, §. ſed nec in ſpẽ, de ſen. excõ. li. 6. ubi licet prius dixiſſet de ſuſpẽſione, excõicatione, & interdicto: poſtea tñ, dũ tractauit de offenſis ſeu culpis p̃teritis, uel p̃ntib⁹, ſolũ ꝓhibet excõicationẽ ferri ſine monitione; quaſi ſec⁹ ſenſerit de interdicto, uel ſuſpẽſione; qđ no. & ꝙ reſpectu monitionis p̃mittendę ęquiparent̃ iſte ſnĩę regulariter, uide bo. tex. in c. ſtatutum, de ſen. excõ. lib. 6.

5 *Additio* † Et no. ex illo dicto Inn. iudicẽ poſſe ĩ pœnã delicti ſuſpẽdere clericũ ab officiis diui-
6 nis. † Scđò no. principał̃r, ꝙ ubicũq; ius fulminat excõicationẽ ꝑꝑ delictũ, tũc iudex p̃t delinquẽtẽ excõicare ſine alia admonitione; & ẽ tex. apert⁹ ſm lec. Abbatis quã neſcio alibi, & ꝑꝑ hoc dicit ſe excuſaſſe quẽdã abbatẽ, q excõicauerat monachũ ſuũ ſine monitione, q exiuerat clauſtrũ ſine licẽtia, & reptũ fuit ſtatutũ ĩ monaſterio, ꝙ ob hãc cãm fulminabat excõicatiõnẽ ipſo facto. [a] † Ex hac lect. nõ. unũ ſin-
a gulare, ĩ quo hẽs excõicationẽ poſſe ferri ſine aliqua admo
7 nitione, qñ ius excõicat [b] ꝑꝑ illud delictũ, quaſi nil noui vi-
b deat̃ facere iſte iudex. † Sed ex hoc nota aliud mirabili⁹, ꝙ
8 excõicatũ a iure ꝓ certo delicto p̃t ſupior iterũ excõicare ꝓ eodẽ delicto ał̃r nõ iterato, nec ꝯtumacia ał̃r de nouo ꝯtracta, ut hic clarè colligit̃ ĩtelligẽdo illã dictionẽ, *niſi*, poſitã ĩ tex. ꝓpriè facit iſte tex. ꝙ iudex p̃t alterare, & augere pœnã a iure determinatã ꝓ certo delicto, & vr̃ tex. ĩ l. qd ergo. §. pœna grauior, ff. de his q not. ĩfa. ubi Bar. hoc tenet exp̃ſsè ex certa cã; facit. l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis; & ꝑ hęc dicta iuris ciuilis defendo hãc lect. Abb. Hoſt. intellexit iſtũ tex. qñ iudex vult denũtiat̃ excõicatũ a iure, ut ñ reqrat̃ monitio, ſi factũ eſt notoriũ. No. ſuã lect. q̃ eſt uera ĩ ſe; dixi latiꝰ ĩ c. ꝓuenit, s̃. e. lect. Abb. magis ꝯuenit lr̃ę. Quid aũt opet̃ tũc ſcđa excõicatio, uide bo. glo. in c. ita quorũdã, de Iudæ.
9 † Not. ꝙ tertiò appell. ĩterpoſita ꝯ diſciplinã eccł̃iaſticã, i. ꝯ ſtatuta eccł̃iaſtica, nõ ualet. Itẽ ſi religioſus appellat a pœna ĩfligẽda ſm rł̃am ſuã, uel ſm ſtatuta hoĩs. nã illa ſũt eis
10 leges, ad hoc c. ad nr̃am, s̃. e. † Quartò not. ar. op. ꝙ nõ ꝓſequẽs applł̃onẽ ſuã, licet fuerit fruſtratoria, nõ punit̃ pœna extrinſeca de iure canonico: ſed fit ꝯdẽnatio expẽſarũ; ui-
11 de qđ dixi ĩ c. 2. s̃. e. & ĩ c. cũ parati. † Vltimò no. hic ar. ꝙ abbas nõ punit ſubditũ ſine cõſenſu capituli ſui: hoc tñ cõiter reprobat̃: qa ſol⁹ abbas hẽt p̃tãtẽ ĩ ſolidũ circa ſuos monachos, ut ĩ c. ad nr̃am, s̃. e. plenè no. Io. And. ĩ c. Ioãnes, de reg. uide bo. tex. ĩ c. nullã. 18. q. 2. Ad iſtũ tex. rñdet̃, ꝙ nõ loqt̃ de pœna ĩferẽda a p̃lato & capitulo, ſed de pœna ĩferẽda a p̃lato ſtatuta ꝑ p̃latũ & capł̃m: qa ſæpe ultra rł̃am religioſi faciũt ſibi ſtatuta, ut ĩ c. ad nr̃am, s̃. e. No. ſm hãc ſolł̃onẽ, ꝙ ẽt illã pœnã ſtatutã cõi cõſenſu ſolus abbas infligit. Reperio aliũ intelł̃m ad iſtũ tex. in loco extraneo, vz ĩ c. 1. de ſen. excõ. li. 6. ꝑ Ioã. An. poſt alios, ut ꝓcedat iſta lr̃a, qñ p̃latus eſt nimis ſeuer⁹ ĩ corrigẽdo; & tũc adhibeat capituli cõſenſum: ſed certè hoc eſt diuinare ad iſtũ tex. licet ſit ęquũ: nullibi tñ de iure ꝓbat̃. nã prõptũ eſt remediũ ꝯ p̃latos ſeueros. ſ. ꝑ applł̃onẽ. nã hic ſolũ tollit applł̃onẽ ꝯ rł̃ę diſciplinã: ſec⁹ aũt, ſi punit p̃lat⁹ religioſũ iniuſtè & ꝯ rł̃am: qa tũc bñ p̃t ab eo appellari ad ſuperiorẽ, ut ĩ c. ad nr̃am, & ibi dixi
12 s̃. eo. & ſatis ꝓbat̃ hic a ꝯrio. † In gl. 1. ibi: trina uel una ꝑemptoria ꝓ oĩb⁹. uide practicã ĩ c. ꝯſtitutionẽ, de ſen. excõ. lib. 6. ĩ fi. ubi ponit̃ ꝓpriè, qualis debet eẽ monitio, q̃ dẽt p̃cedere; & uide bo. gl. q̃ ponit diuerſas formas citãdi ĩ notorio; ubi res rapta eẽt p̃ñs, ſufficit una monitio; uide ꝑ Arch. 24. q. 3. c. de illicita; ꝑ doct. in c. dilecto, de ſent. excõ. lib. 6. In ead. ibi: de canonica admonitione, meli⁹ dixiſſet gl. de euãgelica monitione. nã c. nouit, alle. ĩ gl. nõ tractauit de cano
13 nica admonitione, ſed de euãgelica. † In gl. 2. ibi, tene & tñ,
d no. gl. ex qua hẽs, ꝙ excõicatio [d] ſine admonitiõe lata tenet, & idẽ no. gl. 11. q. 3. ĩ ſum. 2. q. 1. ĩ ſum. ꝓbat̃. ĩ c. ſacro, de ſent. excõ. qđ ꝓcedit ẽt ĩ delegato, ut no. Inn. ĩ c. illud, de cle. excõ. mi. & ĩ c. prudẽtiã, de offi. dele. uide gl. ĩ c. ſacro, p̃allc. Et inquãtũ gl. excipit hic duos caſus, dic ꝙ illi caſus nõ rectè excipiũt̃ a rł̃a: qa nõ loqt̃, qñ monitio p̃ceſſit: ſed uide unũ caſũ uerè exceptũ ĩ c. ita ſtatuim⁹, đ ſen. excõ. li. 6. ubi nõ tenet excõicatio lata ĩ participãtes cũ excõicato monitione ñ p̃miſſa, & ille tex. optimè ꝓbat ſnĩam tenere ĩ aliis caſib⁹, arguẽdo ꝑ locũ a ſp̃ãli, & illud c. ſtatuim⁹, eſt reſtringẽdũ; ꝓut ibi no. ꝑ Abb. & Io. An. ſic ĩtellige gl. ĩ d. c. ſacro, q̃ vr̃ ſibi ꝯriari: ſed optimè loqt̃ diſtĩguẽ-
14 do ſm p̃dicta. † In gl. ĩ uer. ſi qd ꝓpriũ, ibi. j̃. e. c. Nicolao, ubi hoc expediet̃ lati⁹, & ĩ c. ſępe. j̃. eo. ti. Sed circa tex. & circa hoc orit̃ dubiũ, qs faciet iſtã cõdẽnatio- a nẽ expẽſarũ? uide Fede. cõſi. 131. & uera ꝯcl̃o eſt, ꝙ ſi iudex, ad quẽ, ꝓnũtiet malè appellatũ, indubiè faciet cõdẽnationẽ ex pẽſarũ, c. ut debit⁹. j̃. e. Si uerò plenè nõ cognouit, ſed ꝓnũtiauit applł̃onẽ eẽ deſertã, & ſe nõ eẽ iudicẽ cõpetẽtẽ, idẽ eſt dicẽdũ: qa ex quo fuit iudex ĩ cognoſcendo, an ſua eẽt iuriſdictio, eſt ẽt iudex ĩ ac- b ceſſorio, ut cõdẽnet temerè litigãtẽ ĩ expẽſis; uide tex. no. ĩ cle. 1. de reſcrip. bonã gl. ĩ c. vlt. eo. ti. Si uerò iudex, ad quẽ, nũq̃ fuit adit⁹: ſed iudex a quo reaſſumpſit iuriſdictionẽ deſerta appellat. tũc ipſe faciet hãc cõdẽnatoriã, & aget̃ ad iſtas expẽſas nõ ſolũ officio iudicis, ſed cõdõne h⁹ decre. & hoc ultimũ vr̃ ꝓbare iſte tex. c
15 † In fi. gl. no. gl. ex qua hẽs, ꝙ ubi id qđ ẽ ſoluẽdũ, eſt pœna reſpectu ei⁹, q dẽt ſoluere: ſed reſpectu illi⁹, cui dẽt ſolui, eſt intereſſe, & tũc ꝑꝑ inopiã debẽtis ſoluere fit cõdẽnatio ĩ pœnã corporalẽ, ut hic, iũcta gl. ꝓbat̃ in c. fi. s̃. de dol. & cõtu. uide
16 Hoſt. ĩ c. fi. de reſcrip. † Sed circa p̃dicta & tex. dubitat̃, qs dicat̃ ñ hr̃e ꝓpriũ, ut ſic euitet cõdẽnationẽ expẽſarũ. doc. ponũt exẽplũ ĩ religioſis. 12. q. 1. c. nõ dicatis. Itẽ ĩ illis. q ex toto ſunt impotẽtes ad ſoluẽ-
17 dũ. † Sec⁹ dñt ĩ clerico hñte bñficiũ, licet nõ habeat patrimoniũ. dñt. n. hoc caſu & d principaliter Hoſt. ꝙ cõdẽnabit̃ & ſatiſfaciet de reditibus bñficii, dũmodo eccleſia enormiter nõ lędat̃; alle. c. ꝓuenit, de fideiuſſo. nec debet ſm eũ haberi rõ cõfuſionis & inopię ipſius delinquẽtis; quaſi uelit dicere, ꝙ nõ dimittet̃ ſibi, unde uiuat: ſed ſimpł̃r debet ſatisfieri, ꝓut hic dr̃; alle. ſił̃e ĩ ep̃o uaſallo cõmittẽte feloniã, id e eſt delictũ ꝯ dñm feudi. Nã priuat̃ ĩ uita ſua [e] illo feudo, qđ eſt de mẽſa ipſi⁹, ut ĩ c. ſi cleric⁹, uel ep̃s, de ca. Cõ. ĩ li. feu. hãc opi. ſeqt̃ d. Ant. qcqd ſenſerit Arch. ĩ c. ſtatutũ, de reſcri. li. 6. & vr̃ ſeq d. Ant. diſtinctionẽ gl. ĩ c. p̃nti, de off. ord. li. 6. ubi gl. diſtinguit, an & qñ clerici faciãt fructus ſuos, quaſi de illis, quos facit ſuos, teneat̃ ſatisfacer̃, ꝓut hic dr̃: ſec⁹ đ his, quos ñ facit ſuos, & hoc ĩ ueritate uoluit Hoſ. licet

SEBA. SAPI.
a Ipſo facto. Quid importẽt illa uerba, ipſo facto, tradit Fel. in c. Rodulph⁹, col. 22. uerſi. mox, ipſo iure, ipſo facto. s̃. de reſc. ubi dicit, ꝙ p̃dicta uerba ſunt latæ ſẽntentiæ.
b Ius excõicat. ad de Lap. alle. 73. & an religioſus excõicãs ſubiectum monitione nõ p̃miſſa incurrat irregularitatẽ, uide ꝑ eũdẽ alle. 12.
c In corrigẽdo. Facit, ꝙ qñ iudex eſt nimis ſeuer⁹ in corrigẽdo põt ꝑꝑ nimiã ſeueritatẽ, & ſęuitiã repelli ab officio; ita ſing. Bar. in l. 1. in ultimis uerbis, ff. de iure pat. ſeqt̃ d. Iaſo. ĩ addi. ad Chri. por. inſti. de his, q ſunt ſui uel alieni. in 3. addi. qđ ẽ no. Aeneas đ Falc.

SEB. SAPIA.
d Excõicatio. Vide Ro. dec. 10. ſub tit. de ſent. excõ. inci. no. ꝙ excõicatio, ĩ antiqs, & ĩ nouis, deci. 2. inci. itẽ ſi cõmittat̃, uer. ſed pone. Imo. in c. fi. col. pe. j̃. de p̃ben.
e In uita ſua. Adde Ro. conſi. 283. Oldra.

ZACHARIAS.
Adde Bal. in §. in ſup, co. 4. de proh. feu. al. ꝑ Fed. eũdẽ in l. lege, C. de leg. hære. & in c. 1. co. fi. q. mo. feu. amit. & Pau. de Caſt. cõſil. 154.

18hic nõ declaret; lati⁹ põit ĩ d.c. puenit. † Aduerte, qa ueritas hui⁹ qõnis depẽdet ab alia. Nũqd clerici faciãt fruct⁹ bñficiorũ ſuos, ut poſſint de eis diſponere ad libitũ, & teſtari.[a] Ego ſemp renui õriã ſñiam ſequẽdo Archi. ĩ loco pallẽ. & Io. d Lig. ĩ cle. gratię, de reſcri. & dicã in d.c. pue-
19nit. † Vide bo. tex. iũcta gl. ĩ l. nõ eſt ignotũ, C. de admi. tuto. ubi ſi tutor inſtituit litẽ calumnioſam, tenet ſoluere expẽſas de ſuo, & nõ de bonis pupilli, licet egerit noĩe pupilli. Id ẽ dicit glo. ſingula. in plato, quã tenebis ſemp mẽti: qa ſaltem nemo poterit illã negare, qñ eſt talis plătus, q nõ facit fructus ſuos, ut eps, uel alius platus, religioſus, & ſimiles. Aduerte tñ, quia plus uult illa gl. ut nõ ſolũ cõdẽnet ẽt, qñ inſtituit litẽ calũnioſam no mine, pprio, ſed ẽt nomine eccleſiæ ſuę.
20† Et cõclude larius & clarius pdicta ſic, q aut clerici cõdẽnant in expẽſis in cã ppria, aut in cã, quã agitarũt nomine eccleſię. Primo caſu iudubie mãdat executioni in bonis patrimonialib⁹, ſi qua habẽt, ut hic, & facit. c. de multa, de pbẽ. iũcta gl. in uer. puentus. ſi uerò nõ hñt bona patrimonialia, ſed bñficia ſic, tunc reſpectu eorũ redituũ, q debẽt cõuerti in utilitatẽ eccleſię, nõ debet executio fieri p regulã, delictũ pſonę, de reg. iur. lib. 6. & ſentit Hoſt. hic. Sed reſpectu illorũ redituũ, q debẽt cõuerti in utilitate pſonæ ipſorũ clericorũ, eſt dubiũ; & tenẽdo opi. quã ſ. tenui, credo ẽt q ad tales reditus nõ debẽt manus extẽdi; & rõ eſt, qa eccleſia tenet clericos alere ad ſui decorẽ, nec tenet ſuas cdẽnationes ſoluere. Vnde, ſi clericus nõ uenit alẽdus, nõ tenet eccleſia in aliquo cõtribuere. Debet. n. cleric⁹ participare de bonis eccleſię, quatenus indiget ad neceſſitatẽ ſui uictus, & non aliter, ut in c. eps, 10. q. 11. & 12. q. 1. c. dilectiſſimis. §. fi. cum 2. c. ſeq. & uide de hoc qd' dixi ĩ c. olim. 2. de reſt. ſpo. & ĩ d.c. puenit, de fideiuſ. ſed attẽta cõſuetudine generali, ſm quã clerici pſonaliter bñficiati[b] faciũt fructus ſuos iuxta diſtinctionẽ gl. d.c. pñti, poſſet admitti opi. Hoſt. dum mõ clerici nõ mẽdicarẽt: qa hoc redũdaret in opprobriũ eccleſię. 93. diſt. c. diaconi, & ſic indirectè puniret eccleſia; qd' fieri nõ debet, argũ regulę, delictũ, palleg.
21† Aut clerici litigarũt noĩe eccleſiæ:[c] & tũc aut collegialiter; & mãdat executioni in bonis eccleſię: qa delictũ plati cõicato cõſilio capituli nocet eccleſiæ, pſertim in iudicio, ſaltẽ ĩ hac cõdẽnatione; p quo allego caſum in c. 1. de do. & cõtu. ubi hoc pbat ẽt ĩ religioſis; facit qd' leg. & not. ĩ c. 2. de ordi. cog. & ĩ dicta gl. ĩ l.
22ſictũ. † Aut litigauit ſolus plat⁹; & tũc ipſe cõdẽnari dẽt ĩ expẽſis de ſuo, ut tex. iũcta gl. ĩ d. l. nõ eſt ignotũ, C. de admi. tut. Nõ. n. vr̃ ſibi mãdatũ, ut cãm iniuſtã pmoueat, ut l. ſi pcurator, ff. de cõdi. inde. Et idẽ eſt ĩ omni adminiſtratore gñali agitãte ſeu litigãte ſine iuſta cã, ut ibi no. dicit Bar. ſi uerò platus nõ habet, unde de ſuo ſoluat, ſatis poteſt dici quod dixi in primo membro.

*Additio* ſecunda. Et hęc ſufficiant quò ad hunc articulum; que not. diligenter & tene ſemper menti: quia ſunt utilia dicta.

[a] Et teſtari. Adde Bal. conſi. 384. lib. 2.

ZACHARI.

Adde, q opi. Bar. ĩ l. 1. C. de an. ciu. li. 11. quẽ ibi ſeqt̃ Iac. Reb. poſt gl. & Cel. ĩ apo. ad eũ; ẽ cõior, ubi tenẽt, q cleric⁹ ĩ tm̃ facit fruct⁹ bñficii ſuos, q illos ad hr̃des trãſmittat, licet Arch. ut hic dr̃, õriũ teneat ĩ c. con ſuetudinẽ, ĩ tit. de cleri. nõ reſi. li. 6. dũ dicit, q credit clericũ hr̃e diſpẽſatione & quo ad uſum dictorũ fructuũ, ſed ĩ morte p dat. utraq; opi. Bar. tõ. ſecuti ſũt Imo. & Ang. poſt eũ ĩ l. diuortio, ff. ſolu. mat. tenẽt glo. & doc. in c. pñti, & ibi Gemi. & Celſ. ĩ apo. de off. ord. li. 6. idẽ in c. ſtatutũ, §. aſſeſſorẽ, de reſcr. eo. li. & Hoſt. in c. 1. de pec. cler.

SEB. SAPIA.

[b] Beneficiati. An clericus teneatur de reditibus bene ficii ultra, q facere põt, latẽ tãgit. d. Alex. in l. centu rio, ff. de uulg. & pupil. Mod. in l. miles, ff. de re iud. Abb. in c. Odoardus, ſ. de ſol.

[c] Nomine eccleſiæ. Adde Ro. conſil. 369.

SEB. SAPIA.

[d] Eſt ergo. Vide ad hæc q copioſe no. d. Fel. in c. exce ptionẽ, col. 3. ſ. de exceptio. ubi ponit, qũo cognoſca tur, q ſint in mero arbitrio iudicis, & quæ non.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, a quo, cognoſcit de cauſa, ſi appellans non proſequutus eſt in termin ſuam appellationem.*
2 *Terminus ad appellationem proſequendam poteſt dari a iudice, a quo, & eſt in arbitrio ſuo dare uel non; & ſi dat uel non dat, non grauat partes.*
3 *Iudex recuſatus poteſt cauſam alteri committere.*

## CAP. XXVII.

1 AD hæc. † Iudex, a quo, nõ obſtãte appellatiõe cognoſcit de cã, ſi appellãs nõ pſequit. hoc primò. Iudex ut ſuſpectus recuſatus põt alteri cãm cõmittere. hoc ſecũdò ſecũdũ vnũ intellectũ. de hoc tñ ultimo dic, ut plenè dicã in c. cũ ſpecia li. ſ. eo. dico pleniſſimè in repe. c. ſi qs õ clericũ, de foro cõpe. duo ſunt dicta. Secũdũ, ibi: *aut ſi alterutra.* Caſus litteralis. Vertente cã inter aliquos corã iudice ordinario, una partiũ appellauit, nec appellationẽ pſequebat. Iudex conſuluit papã quid agendum eſſet. Rñ. pa. q debet appellãtẽ appellatione remota cõpellere, ut appellationẽ ſuã proſequat intra terminũ ſibi pfixum: uel ut ſtet iuri corã ipſo, hoc eſt corã ſuo iudice. In fi. dicit ſi aliqua partiũ iudicem habet ſuſpectum, te inſiſtẽte iudicẽ eligat, qui cãm dirimat.
10 *Confirmatio facta alicui ſuper aliqua recuperatur tantum, ut non poſſit infirmari res illa reſpectu præteritorum, ſecus reſpectu eorum, quæ de nouo poſſunt oriri, uide infra eo. cap. ad noſtram, nu. 6. in fi.*
11 *Priuilegium non extenditur ad ius incogitatum.*
12 *Sententia nulla, uel alij actus non poſſunt confirmari, maxime inuita aliqua partium.*
13 *Confirmatio alicuius rei, puta legitimationis, uel poſſeſſionis, non poteſt peti, niſi primo ſuper his moleſtetur.*
14 *Princeps confirmando non poteſt ſupplere defectum conſenſus deficientis in re confirmata, niſi talis res penderet a mera facultate ſua.*

C A P. I.

1 SI quis. Hoc dicit. † de re ſcienter confirmata ꝑ papā inferior iudex cognoſcere ñ pt, niſi cōfirmatio non tenuerit, ut qa ſubreptitia, vel de re litigioſa. h. d. iſtud ca. cū ſeq. Secūda pars, ibi: *ſed ſi*. Caſus lr̃al. Aliquis mouet qōnē ꝯ aliquē ſup re aliqua reus lite pēdēte īpetrauit a ſede apo. ꝯfirmationē rei litigioſæ. q̄ſitū fuit, an ꝑ hoc iudex ſupſedere dēat cāe cognitioni? rñdet, ꝙ ea ñ obſtāte de cā cognoſcere dēat, & ea fine debito terminare. ſed ſi rē pacificè poſſidebat, qñ cōfirmationē obtinuit, nō licet iudici poſtea đ qōne ſuborta cognoſcere, uel diffinire ſine mādato apoſtolicæ ſedis, & in. c. ſeq. dr̃ de cōfirmationibus apoſtolicæ ſedis nō licet alicui iudicař, niſi ad hoc hēat mādatū, aut certū ſit q ꝑ fal-
2 ſam ſuggeſtionē ſint ellicite. Ber. † No. 1. ꝙ confirmatio facta de re litigioſa eſt ipſo iure nulla, uñ ea nō obſtāte pt ipſe iudex inferior ꝓcedere ad ulteriora tā in cognoſcendo, q̄ in decidēdo. Et intellige, qñ in confirmatione nō fuit facta mētio de litigio. nā ſi fuit facta mentio, arripitur illa cā
3 ab inferiori iudice, ut hic in fi. tex. † Secūdo no. ꝙ ñ dr̃ quis
d rem pacificè poſſidere[d] ſi ſuper ea mouetur ſibi qō, facit ꝙ
4 no. in. c. cōmiſſa, de elec. li. 6. † No. 3. unū notabilē effectum cōfirmationis facte per Romanū pōtificē, intellige ex certa ſciētia. nā pcludit man⁹ ordinariorū, ut ampli⁹ non poſſint cognoſcere ſuper re cōfirmata, uel ualiditate ipſi⁹ confirmationis, ſimile in. c. cū ueniſſent, de iudi. & de hoc. ī. in
5 gl. fi. latius dicā. † In gl. 1. ibi: *non facit rem litigioſam*. Hec glo. pt habere duos intellect⁹. Prim⁹, ꝙ qō mota ſup poſſeſſiōe nō facit rē litigioſā, ideſt ꝓprietatē ipſius rei, & tūc gl. bñ loqẗ. ex quo. n. nō moueẗ qō de ꝓprietate, nō pt dici ipſam effici litigioſam, & iō poterit alienari ꝓprietas ipſi⁹ rei ſine uitio litigioſi, arg. in auť. litigioſa, C. de litig. alle. in gl. Secūdo pt gl. intelligi, ꝙ ipſa poſſeſſio nō efficitur litigioſa, ex quo nō agiẗ de dñio, ꝓut reqrit auť. palleg. Cōtrariū hui⁹ tenet hic. d. An. & credo, ꝙ bñ: qa licet ñ agaẗ de dñio rei, agiẗ tñ de dominio poſſeſſionis, & iō nō licet trāſferre
e poſſeſſionē ī aliū lite pēdēte,[e] & notabis iſtā gl. cū pdictis.
6 † In gl. 2. ī fi. Pro declaratiōe gl. & māe dēs ſcire, ꝙ cōfirmatio qñq; tribuit multū noui iuris, ut cōfirmatio electionis
f facta ꝑ ſuperiorē. nā tribuit poteſtatē adminiſtrādi,[f] ut ī. c. trāſmiſſā, & ī. c. qualiter, de ele. Qñq; nullū ius tribuit, ut ē ꝯfirmatio cuiuſq; rei facta ꝑ papā in forma cōi: ſed ſolet īpetrari ad cautelā, ne uideaẗ ſine ſciētia papæ ꝓcedere, ut magis timeaẗ; & dr̃ facta ī forma cōi, qñ fit cōditiōaliter, ñ cognito đ cā; ut cōfirmam⁹ tibi poſſeſſionē, q̄ iuſte poſſides uel ꝑ ſimilia uerba, ſeu ꝑ ſimilē formā; & đ hac cōfirmatione uide tex. cū gl. ī. c. qa diuerſitatē. ī. đ cōceſ. pbē. Quædā ꝯfirmatio uet⁹ ius cōfirmat & cōſolidat; vñ qñ fit cōfirmatio ex certa ſcientia. & dr̃ ex certa ſciētiā, qñ totū negotiū fuit pape reſeruatū, & ipſe poſtmodū ꝯfirmauit, maximè apponēdo clauſulā, ex certa ſciētia, & hæc cōfirmatio operatur plus uel min⁹ ſm ſubiectum diſpoſitum. nam ſi iuſte poſſidebat, operabitur, ut inferior non poſſit amplius de, illa re cognoſcere, ſcilicet utrum iuſte poſſideat uel ne, ut hic, & in. c. ſeq. Item facit rem maioris authoritatis. 11.
7 diſt. c. quis neſciat. † Quandoq; operatur maiorem effectum: nam, ſi iſte iuſte non poſidebat, incipit iuſtè poſſidere. unde ſolet papa apponere clauſulam, ſupplentes de plenitudine ptātis oēm defectum &c. & ſic inualidum facit ualidū, ut ī c. 1. de trāſac. 3. q. 6. hec qppe; adde qđ dicā
8 in gl. ſeq. † In gl. in uer. *exorta*, ibi; *ſed certè non eſt uerum*. Hæc impugnatio cōcernit primū mēbrū diſtinctionis Vin. & nō ſm, ut patet ex ſequētib. Et ut habeas clarè totā mām glo. diſtingue ſic. Aut cōfirmatio fuit facta in forma cōi, ut dixi ī pcedēti gl. & tūc nō pcludet uiā iudicib. ordinariis cognoſcēdi de ualiditate iuris cōfirmati: ſeu de iure cōpetēti ei, q obtinuit cōfirmationē: qa talis cōfirmatio parum aut nihil opaẗ, ut ſ. dixi. de tali cōfirmatiōe non loqẗ iſte tex. nec c. ſe-
b quēs. Aut cōfirmatio *a* fuit facta ex certa ſcia: & tūc, ſi eſt ſubreptitia, puta qa fuit obtēta ſup re litigioſa, nō habita mētiōe de litigio, uel alio mō peccat in ſubreptiōe, & dicendū eſt idē. nō. n. ualet talis cōfirmatio, ut hic in c. ſeq. & hoc intellige qñ notoriè cōſtat de uitio ſubreptiōis: puta ut dicit
9 Inn. ī c. ſeq. qa ꝑs cōfiteẗ, uel cōſtat ex tenore bulle † Et no. hoc dictū, ꝙ id, qđ cōſtat ex tenore literarū pape, dr̃ notoriū, & ita loqẗ tex. in c. ſeq. dū dicit. *aut certum ſit, &c.* Si uerò eſt ꝓbabilis dubitatio ſup ſubreptiōe, nō pt inferior ſup hoc cognoſcere, quēadmodū nō pt cognoſcere gñaliter de priuilegiis pape, ex quo inſurgit ꝓbabilis dubitatio, ut eſt tex. in c. cū ueniſſent, ſ. de iudi. ſecus dic, ubi dubiū eſſet le-
10 ue, ut ibi no. † Si uerò cōfirmatio nō eſt ſubreptitia, nō pōt inferior cognoſcere de ualiditate cōfirmati. uñ reſpectu pteritorū pcluſa eſt uia inferiorib. ſed reſpectu eorū, q đ nouo orta ſunt; ut puta ſi accuſaẗ đ crimine, pp qđ priuari mereẗ iure cōfirmatio, ñ eſt inferiorib. iudicib. ſublata ptās, ut no.
11 dixit iſta gl. quā tenebis mēti, & ꝓbatur rōne. Primò † qa cōfirmatio ſeu priuilegiū nō extēdiẗ ad ius nō cogitatū; ad hoc qđ in ſimili leg. & no. in c. cū inter. P. de renū. & in c. ſuggeſtū, de deci. Itē ſi diceremus oppoſitū, ſequereẗ ꝙ cōfirmatio pſtaret exēptionē reſpectu ordinariorū, qđ nō eſt dicēdū, cū tātū pp uelit ſibi cōfirmare ius reſpectu iuris obtēti
12 de pterito. † Sed ex gl. qriẗ nūqd poſſit peti cōfirmatio ſnīe aliqua intra decēdiū nō fuit appellatū. Inn. inſtat, & prīo arguit ꝙ nō: qa ſi ſnīa tenuit, trāſiuit in rē iudicatā, & facit i⁹ inter ꝑtes, licet fuiſſet iniuſta, ut in c. cū inter, de re iudi. & l. ingenuū, ff. de ſta. ho. & ſic fruſtra fieret confirmatio. Aut ſnīa erat nulla, & idē dicēdū eſt, qa qđ nullū eſt, confirmari nō pt, ut in c. auditis, ſ. de ele. cū ſimi. Itē poſſeſſori non eſt ꝑdita actio, ut ī c. examinata, ſ. de iud. & iſti. de act. p⁹ prin. Sed his nō obſtātib. Inn. hic tenet oppoſitū dicēs, ꝙ ꝯfirmatio multū poterit opari. nā ſi ſnīa erat nulla, & cōfirmaẗ poſtea iudicialiter cū cāæ cognitiōe, efficiẗ ualida: qa ſecunda ſnīa, q eſt ꝯ ius ꝑtis, trāſit in rē iudicatā, ſi ab ea nō appella-
b tur; nec poterit poſtmodū obiici exceptio nullitatis,[b] ſi prima ſnīa petiẗ mādari executiōi, & cū hac cōcluſiōe Inn. trāſeunt doc. hic. Sed aduerte, qa idē Inn. in c. ſeq. aſſumit gñaliter mām, qa actus iuriſgētiū, ſeu iuris ciuilis & canonici pñt peti cōfirmari; & ibi concludit, ꝙ actus iuris ciuilis, & canonici pñt peti cōfirmari etiā ꝯdicente ꝑte citata. Exemplū de ciuilib. in l. adoptio, & ī l. nā ita, ff. de adop. facit tex. in c. bonæ. ī. eo. Exēplū de canonicis, qñ petiẗ electio confirmari: uel aliud ius canonicū: ſed actus iuriſgentiū, ut ſunt ꝯctus, puta uenditio, locatio, & ſimiles, non pñt peti confirmari inuita altera parte, nec cogiẗ altera pars in iudicio reſpondere: qa iſti actus depēdent a mero cōſenſu ꝑtiū: ideo iudex nō hēt ſe impedire, niſi uellet confirmare ꝑtib. cōſentientib. Hoſt. dicit ſe nō capere hanc ſubtilitatē Inn. Nam ꝯctus a principio ſunt uoluntarii: tñ ex poſt facto neceſſe eſt eos obſeruari, ut in l. ſicut. C. de act. & obli. & in reg. ꝙ ſemel placuit, de reg. iur. li. 6. & iō nō uř dřia ex poſt facto in-
13 ter actus ciuiles, ſeu canonicos, & actus iuriſgentiū. † Sed attendēdum eſt, qđ Inn. in c. ſeq. dicit plus ſibi placere, qđ no. in c. cām. ī. q filii ſint legi. & ibi uř tenere oppoſitū eorū, q no. hic & in c. ſeq. dicēs, quē nō poſſe petere pronuntiari ſe eſſe legitimū, uel matrimoniū ualidū, uel qd ſimile, niſi de hoc moueaẗ q̄ſtio ſibi principaliter, uel diffameẗ iuxta. l. diffamari, C. de inge. manu. uel incidēter hoc petat in iudicio ut puta qa agit de hereditate, & opponiẗ defectus nataliū, tūc pp ꝯdictionē bene poterit petere ſe ꝓnūtiari legitimū. Cōcluſio ergo eſt, ꝙ ex quo qs eſt in poſſeſ-
c ſione uel quaſi alicuius iuris, uel rei non pt petere cōfirmationē[c] ab inferiori, ſed a principe pt. Et hāc opin. tene niſi in caſib. ſ. exceptis. & ꝑ hoc dico limitandum hoc dictū Inn. hic, ut ſi lapſum ſit decendiū. ita, ꝙ nō eſt locus applłoni, nō pt peti cōfirmatio ſnīæ ab inferiori, ſed a principe ſic. facit qđ leg. & no. ī cle. ſi applłonē, de app. hoc tñ intellige, ꝓut plenè di-
14 ſtinxi. in c. 4. ſ. de re iud. ubi uide. † Nunqd aūt princeps in ꝯfirmatione poſſit ſupplere defectū iuris nālis, puta defectū cōſenſus, ſenſit Inn. in c. ſeq. ꝙ nō, niſi ſit ta-
a lis actus, q pēdeat a mera facultate principis, ut puta ꝯctus ſup rebus eccleſiaſticis. nā q̄tūcunq; ſit nullus ex defectu conſenſus, puta qa capitulū nō conſenſit, pt pp cōfirmare; facit ad hoc c. ꝓpoſuit, de cōceſ. pb. & qđ no. in c. cōſtitutus, de reſc. & in c. uenietes, de iureiu. & in c. cūcta ꝑ mundū, & in c. ꝑ principalē. 9. q. 3. Et per
b hoc hēs expeditā mām huius c. & ſeq. nā ut mā eſſet collecta, maximè quia dicta hæc limitanẗ ꝑ no. in cap. ſeq. ideo uolui contexere hic totā mām utriuſq;. ca. ſed forte hac rōne. gl. nihil ſcripſit ſup c. ſeq. qđ nō accidit in alio. c. huius cōpilatiōis.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio ſnīæ, a qua fuit appellatum, obtenta tacito de appellatione eſt ſubreptitia.*
2 *Literæ ſecundæ ualent, licet non faciant mentionem de primis literis, ſi illæ, uel erant nullæ, uel exceptione elidibiles.*
3 *Literæ ſecūdæ nō tollūt primas, de quib. facta eſt generalis mētio, ſed requiritur quòd ſiat ſpecialis.*
4 *Confirmatio in forma communi quomodo ſiat?*
5 *Vbicunque plures lecturæ poſſunt elici ex uno textu, illa eſt amplectanda, quæ magis conuenit rubricæ, ubi eſt poſitus ille tex.*

C A P. III.

1 BOnæ. † Literæ cōfirmationis ſuper ſententia, a qua erat appellatum, non ualent, ſi appellatus malitioſe pūenit appellantem, alias pendēt, donec
c de appel. cognoſcaẗ. Poteſt legi & aliis modis, ut patebit ex. ī. dicendis, ſed non inſiſto, qa non continet utilitatē magnā. Et primo poniẗ conſultatio. Secundò reſponſio bimembris, ibi: *reſpondemus* ſm mēbrum, ibi: *uerum*. Caſus literalis. Lata fuit ſnīa diffinitiua ꝓ eccleſia ꝯ aduerſarium eccleſie. ille intra decē dies appellauit. iudices nihilominus mādauerūt ſententiā executiōi. appellās lr̃as impetrauit de reuocāda ſnīa. ecclia, ꝓ qua lata erat ſnīa caute pueniēs appellantē literas cōfirmationis ſnīe ꝓmulgate impetrauit, in qb. de applłone facta nulla mētio habebaẗ. ideo q̄ſitū fuit, q litere pualerent? rñdet pp ꝙ literæ poſteriores dēnt priorib. pīudiciū gñare, & iudices dēẗ cognoſcere de app. nō obſtāte ꝯfirmatiōe obtēta ueritate tacita ſup re litigioſa. Sđ ſi diceret ī lr̃is applłonis ſcđò impetratis ueritati & iuſtitie pīudicātib. uř ēt ſub alia

SEBA SAPI.
a Cōfirmatio. Quid opereẗ cōfirmatio ex certa ſcia, tradit Feli. in c. 2. co. 18. in uer. leges in ſertæ, ſ. de reſcri. Ale. in conſi. 125. inci. uiſo ti. co. fi. in 2. uol.
b Nullitatis. Et dicit hic. d. Bart. de Bel. in addi. ad. d. Ant. ꝙ hoc dictū Inn. intelligi dēt de confirmatione ſnīe nulle aliter, q̄ ꝑ uiā appellationis, ſecus, qñ prima ſnīa nulla fuit cōfirmata ꝑ iudicē appellationis, qa tūc q̄tūcūq; ñ appelleẗ a ſecūda, poterit dici đ nullitate utriuſq; ad. impediēdā executionē ſnīe, tex. eſt in cle. 1. de re iud. & ꝑ illū textū iudicio ſuo nō bene dicit. d. Ant. hic ī fi. in uerſ. habetur ꝓ ualida, ex quo nō reperiẗ appellatum &c.
c Confirmationem. Et an ille, qui hēt ius in beneficio, ſi timet cōtradictionē, poſsit petere, ut ꝓnūtietur ſe fuiſſe canonicè inſtitutū, uide hic per d. Ant. in ulti. col. in princ. ubi dicit, ꝙ ſic, & facit optimè ad hoc gloſ. in l. ſi cōtēdat, ff. de fideiuſ. & qđ no. d. An. in c. ſināt, cir. fi. de reſci. dēt tñ facere ad hoc citari ꝑtē aduerſam, ꝓut no. d. Ant. ī. e. ti. c. uenerabilis, in prin. ulti. col.

a Plures lectu.Qñ l. uel decr. ſiue text. p̃t hẽre plures lec. illa eſt uerior, & approbari dẽt, q̃ magis cõuenit & adaptat̃ rub. & ſic ex rub.p̃t argui ꝓ elicienda ueriori lect. & adde gl. 2. in c. cum monaſte riũ,ſ̃.de ele.& ibi habet̃ maximè ꝑ Io.An & gl.ĩ uer. repetit,in le. fi.in prin.& ibi Bar. ff. de cõdi.indebi. & gl.fi.cir.fi.in l.ius emphyteotici, & ibi Bart. ad fi. de fun.pa.li.12.facit l.imperatores, ff. de in diẽ adiec.ac cedit gl.ualde no. in l.1.C.ne li. ter. ꝓuo.in gl.3.ĩ uer. ꝓuocare, q̃ nota. uult, ꝙ ſi uerba te xt. ſunt dubia, ꝙ declarẽtur ꝑ rub. & ſm̃ illã intelli gat̃, & illã gl. no. ibi Bald.in 3.col. & dicit eſſe ualde no.ꝑ rub.ſtatuto rũ.idẽ ẽt Bal.in l. fi.ꝑ illũ tex.ff. de hære.inſti. & not. Ang.in aut̃.de in ceſ.nup. in prin.
SEBA. SAPI.
Plures lec. Vide Alex.in l.1. col.3. ubi Mod.ff. ſi cer. pe.& in cõſi. 179. inci.maturè dige. col.2.in 2. uol. & in cõſ.13.inci.cir ca primum,col.5. in 3.uolu.

formã uerborũ,dũmõ de literis cõfirma
tiõis nihil exp̃ſsè diceret̃:rñdet p̃p̃,ꝙ tũc
tãdiu lr̃æ cõfirmatiõis ſuũ dẽt hẽre uigo
rẽ,donec de iniqua ſnĩa pleniꝰ cognoſca
tur ꝑ ſecũdas lr̃as,& in ſuſpẽſo ꝯfirmatio
a remanebit.Ber.† No.priò, ꝙ qñ priores
literę ſunt nullę,uel ſaltẽ exceptiõe eli-
dibiles,nõ eſt neceſſe ĩ ſecũdis facere mẽ
tionẽ de priorib.ualẽt.n.hic poſteriores
lr̃æ ĩpetratę ꝑ appellãtẽ nullã facientes
mẽtionẽ de priorib. ĩpetratis ꝑ appella-
tũ;& hoc iõ,qa primę ſunt nullæ,uel ſal-
tẽ pñt annullari ꝑ exceptionẽ, uide bo.
tex.cũ gl.ĩ c.ex tenore,de reſcr.& ĩ c. ſug
geſtũ,de iu.pat.& in c.cũ nr̃is,de ꝯcẽſ.p̃b.
& innuũt iſtæ ulti.gl.idẽ eſſe in literis im
petratis ad bñficia,qđ no.Scđò no.ꝙ ap-
pellãs p̃t lr̃as impetrare,qñcũq; uult,nec
p̃t p̃ueniri nimis ꝑ appellatũ; de hoc dic
ut l.& no.in c.oblatę,& c.ſæpe,ſ̃. de app.
& qa mã fuit in toto illo ti.ſatis diſcuſſa,
iõ nõ inſiſto hic in tãgentib. mãm appel
lationis:ſed qcqd hic dr̃,eſt reducẽdũ ad
mãm ibi cõtẽtã.In gl.2.in fi.Hæc gl.ſen-
tit primũ intellectũ,de quo.ĩ.ĩ gl.fi.& in
tellige iſtã gl.& ſeq.ſm̃ ea, q̃ dicã in glo.
fi. In gl.fi.in fi.Ex hac gl.colligunt doct.
duas lect.ad iſtũ tex.q̃ uidẽt̃ ſibi ꝯ̃triari iũ
cto prin.cũ uer.*uerum*. nã in prin. ſimpl̃r
innuit priores literas impetratas per ap-
pellatũ eſſe nullas,ſed in uerſi.*uerum*, in-
nuit eas eſſe in pẽdenti,ſeu ꝙ debẽt lite-
rę ſuũ hẽre uigorẽ, donec de iniqua ſnĩa
cognoſcat̃.prima lec.eſt,ut principiũ in-
telligat̃,qñ appellatus impetrauit literas
ad iudices delegatos ſuꝑ ꝯfirmatiõe ſuæ
ſnĩæ,ſed nõ ualuerũt,qa nimis p̃uenit ap
pellãtẽ iuxta ea,q̃ habẽt̃ in c.oblatæ, ſu-
pra de app.uerſ.*uerum*,intelligit̃, qñ im-
petrauit tẽpeſtiuè,i.nimis nõ p̃ueniẽdo.
tũc eñ ualẽt priores,& iudices ꝑ eas da-
ti dẽnt cognoſcere de ualiditate ſnĩæ, ñ
obſtãte ꝙ in ſecũdis impetratis ꝑ appel-
lãtẽ ſit facta mẽtio gñalis de prioribus.
3 † Nã gñalis mẽtio nõ tollit priores lite-
ras:ſed oportet,ꝙ fiat ſpãlis,ut in c. 2.de
do.& cõtu.Et ſm̃ hunc intellectũ adde
ret iſte tex.ad d.c. oblatę, ut lr̃ę priores
impetratę debito tp̃e ꝑ appellatũ pręua
leant ſecundis impetrãdis per appellãtẽ,
etiã,ſi ĩ ſecũdis fiat mẽtio gñalis de prio
rib.ut puta ꝑ illa uerba.nullis literis ue-
ritati & iuſtitię &c & ſm̃ hoc clarus eſt
intellectus.c.ſed nõ placet:qa nõ conue-
nit rubricę.nã ſi utręq; literæ fuiſſent im
petratę ad iudices,facerent potius ad tit.
de app.ſed qa hic tractat̃ de cõfirmatio-
ne,dẽt tex.intelligi ſm̃ aliũ intellectũ,ui
delicet ꝙ primũ reſcriptũ ĩpetratũ ꝑ ap
4 pellatũ fuit purè cõfirmatoriũ ſnĩæ,† Ita
ꝙ papa confirmauit ſnĩam in forma cõi,
ſcilicet ſicut iuſte lata erat,nec mãdabat̃
aliqua cognitio iudicib. ſed literę ꝑ ap-
pellãtẽ impetratę erãt ſolę iudiciales,&
dubitabat̃ q̃ p̃ualerent. nã uidebatur, ꝙ
ex quo ſnĩa erat cõfirmata ꝑ papã,ꝙ non
poterãt iudices impetrati ꝑ appellãtem
cognoſcere de uiribus ſnĩę, ex quo lr̃ę ñ
faciebãt expreſſam mẽtionẽ de reſcripto cõfirmatorio.Sed
hoc nõ obſtãte papa decidit diſtinguẽdo, ꝙ ſi primũ reſcri
ptũ nõ faciebat mentionẽ de applõne,eſt nullũ, poſtmodũ
in uer.*uerum*, mutat caſum,ſ.qñ reſcriptũ faciebat mentio-
nẽ de applõne: ſed ſecũdę literę habebãt illã clauſulã gñà
lẽ,nõ obſtãtib.literis &c.Hęc.n.mentio gñalis non habuit
euacuare cõfirmationẽ legitimo mõ factã in mõ cõi,nec cõ
firmatio,ex quo erat facta in forma cõi,hẽbat p̃cludere uiã
cognoſcẽdi de iniquitate ſnĩæ,ut dixi ſ̃.c.1. Ideo reſcriptũ
cõfirmatoriũ in hoc caſu habet interim ſuũ uigorẽ:ſed nihi
lominus per ſecundas literas proceditur ſuꝑ cognitiõe ap-
pellationis & ſi ſnĩa retractabit̃,reſcriptum cõfirmatorium
remanet nullũ:quia fuit factum in forma communi, ſ. ſicut
iuſte lata erat.ſi uerò ſnĩa cõfirmabit̃,habebit ſuũ effectum
& ita declarãdo ſecũdã lec.gl.ur̃ ueriſſima. Nec inſiſto am
plius in aliis lecturis,q̃ ſunt modicę utilitatis.Nam (ut di-
xi in c.2.) cõfirmatio facta in forma communi de modico
5 ſeruit.† Notabis tamen ſemper iſtam gl.ad alium effectũ,ꝙ
a ubicũq; plures lecturę ª pñt elici ex uno tex.illa amplecten
da eſt,q̃ conuenit rubricę;& ſic debemus ſemper interpre-
tari textum,ut conueniat titulo,ſub quo ſituatus eſt. Not.
unum modum arguendi a ſituatione rubricę; uide ſimilem
glo.in c.tibi qui, de reſcrip.lib.6.& in c.ſi ſuꝑ gratia,de of.
deleg.e.li.& in c.unico,ſ̃.tit.proxi.in gl.2.

SVMMARIVM.

1 *Innouatio priuilegij operatur tãtùm conſeruationem iuris,ſi quod competebat.*
2 *Priuilegiũ unũ tantũ habere eſt periculoſum,& quare,& quod remedium.*
3 *Sigillum epiſcoporum & abbatum eſt autenticum,de alijs uerò aliorum inferiorum uide remiſsiuè.*
4 *Tranſumptio alicuius ſcripturæ poteſt delegari alicui,qui fideliter & ſolennem tranſumptionem faciat.*
5 *In reuocatione priuilegiorum poteſt pars,cuius intereſt,contradicere.*
6 *Ex identitate rationis extenditur non ſolum diſpoſitio,ſed etiam caſus excep.*
7 *Abſentes ſunt uocandi ad capitulum non ſolum in caſib.exceptis,ſed etiam in non exceptis,in quibus militat eadem uel maior ratio.*
8 *Taxatiua dictio non excludit caſus ſimiles in materia fauorabili & pia.*
9 *Inſtrumenta ſiue priuilegia poſſunt ſcribi & publicari tam in charta pergameni,quam bombacina?*
10 *Quaſi, iſta dictio de ſui natura non eſt expreſſiua ueritatis,licet aliquãdo ſie propter ſubiectam materiam.*
11 *Contra exemptum & immediate ſubiectum papæ præſcribitur ſpacio quadraginta annorum,ſed quatenus præſcriptio poſſet præiudicare papæ, requiritur ſpatiũ centum annorum.*
12 *Præſcriptio centum annorum requiritur non ſolum aduerſus res ipſius Romanæ eccleſiæ.ſed etiam aduerſus res,quas facit liberas ipſa Romana eccleſia.*
*Vſucapio triennalis non habet locum in rebus mobilibus Romanæ eccleſiæ, & an idem ſit in inferioribus eccleſijs?*
13 *Præſcriptio centenaria an poſſit per teſtes probari?*
14 *Libellus aut ſententia quomodo formantur,quando prælatus uendicaret aliquã eccleſiam?*
15 *Succumbens in cauſa poteſt cogi ad lacerandum, uel corrumpendum inſtrumenta.ſuper quibus ſe fundabat.*
*Si penes aliquem ſunt aliqua inſtrumenta ſibi inutilia,ſed alteri præiudicialia, poteſt cogi ad illa laceranda.*
16 *Priuilegium,quod legi non poteſt propter uetuſtatem uel conſumptionem, non debet renouari,ſecus,ſi legitur,ſed cum difficultate.*
17 *Mulier non poteſt regulariter eſſe procuratrix,aut arbitrix,aut iud.*
*Mulier poteſt habere iuriſdictionem, quando ſucceſsit in aliquo regno, uel comitatu.*
*Mulier regulariter non eſt procuratrix ad iudicia,ſed ad negotia ſic, de quo tamen uide remiſsiuè.*
18 *Abbates & alij religioſi an poſſint eſſe procuratores?*
19 *Papa & imperator poſſunt eſſe iudices in cauſa propria.*
20 *Literæ commiſſarij in cauſa ſibi commiſſa non plenè probant,licet faciant adminiculum.*
21 *In cauſis ſummarijs & parui præiudicij non requiritur litis conteſtatio.*
22 *Exceptio non requirens altiorem indaginem impedit actum,qui de ſui natura exigit celeritatem:ſecus,ſi requirit altiorem indaginem.*
*Et quæ dicatur requirere altiorem indaginem.*
23 *Litis conteſtatio non requiritur, quando agitur ſuper renouatione uel tranſumptione inſtrumenti.*
24 *Cauſa ſummaria quæ dicatur.*
25 *In renouatione priuilegij an debeat pars citari?*

CAP.



CAP. IIII.

1 CVm dilecta.† Innouatio priuilegii nouũ
ius ñ tribuit, nec antiquũ cõ
firmat;ſed ſi ꝙ cõpetebat,ꝯſeruat. Vel breuiꝰ ſic.
Renouatio priuilegii ñ inducit confirmationẽ iu
ris in eo cõtẽti.Diuidit̃ in ſeptẽ partes. Primo ponit̃ ſoro
rũ petitio,& papę cõmiſſio.In ſcđa,ibi:*nos autem*, inqſitorũ
relatio,& canonicorũ obiectio.In.3.ibi:*unde*,iudicũ datio,
& ab ipſis applõ.In quarta,ibi:*nuper*, ſororum iterata peti
tio & earũ ꝯ̃dictio.In quĩta ibi:*nos igitur*,papę ĩterlocutio,
& priuilegii innouatio.In ſexta,ibi:*quia uero*, p̃p̃ abbatiſſã
cõſtituit ꝓcuratricẽ.In ſeptima,ibi:*nolentes*, cõmittit prĩci
pale diffiniẽdũ Caſus lr̃alis.Abbatiſſa & moniales cuiuſdã
mõaſterii uolebãt priuilegia ſua innouare.vñ, cũ ꝓꝑ viarũ
diſcrimina ñ poſſent illa p̃ſentare dño papæ,ſupplicauerũt
eidẽ,quatenꝰ aliqbꝰ ꝑſonis diſcretis mãdaret,ut eorũ teno
rẽ inſpicerẽt diligẽter,& ipſa ſub ſigillis ſuis ad ſe.apo. de-
ſtinarẽt.vñ p̃p̃ ſcripſit qbuſdã epiſco.& abbatibꝰ, ut illa pri
uilegia ĩſpicerẽt diligẽter, & tenorẽ ipſorũ ſub ſigillis ſuis
ſibi fideliter deſtinarẽt;ꝙ factũ fuit. Papa uiſo tenore priui
legiorũ,dũ vellet illa priuilegia facere innouari, qdã cano-
nici ꝓpoſuerũt id fieri ñ debere,cũ Hildeſemẽſis eccleſia ĩ
poſſeſſione ſubiectiõis ipſiꝰ monaſterii ꝑ cẽtũ annos & am
pliꝰ extitiſſet.vñ ipſe tũc priuilegia noluit innouare, ſed q-
buſdã mãdat,ut ad locũ idoneũ accedẽtes uocatis, q fuerit
vocãdi, inqrerẽt veritatẽ,a qbꝰ pars hildeſemẽſis eccleſię
ad ſe.apo.appellauit,vñ poſtmodum abbatiſſa p̃dicta petiit
iteratò dicta priuilegia innouari. Ex aduerſo fuit petitũ,vt
cãm ipſam dñs p̃p̃ cõmitteret aliqbꝰq teſtes reciperẽt quos
ꝯ̃ priuilegia monaſterii,& ad ꝓbandũ p̃ſcriptionẽ legitimã
ꝓducere intẽdebãt.Dñs p̃p̃ cõſiderãs,ꝙ iure ciuili cautũ ẽ,
vt qñ periculũ teſtiũ timet̃, ẽt lite ñ cõte.teſtes ualetudina
rii & alii,đ qbꝰ ex aliqua rõnabili cã timet̃, recipiant̃;eadẽ
ęqtate ꝓuocatꝰ priuilegia illa quaſi nimia vetuſtate cõſum
pta fecit innouari:ita tñ, ꝙ ꝑ talẽ innouationem nullũ ius
monaſterio acqrat̃ đ nouo,ſđ antiquũ ꝯſeruet̃. Sed qa p̃di
ctũ monaſteriũ ad ius & ꝓprietatẽ eccleſia Romanę ꝑ pri-
uilegiũ p̃deceſſorũ ſuorũ noſcit̃ ꝑtinere,abbatiſſã p̃dictam
noĩe Romanę eccleſię ꝯſtituit ꝓcuratricẽ, vt cũ aduerſꝰ iu
ra Romanæ eccleſię tñ cẽtenaria currat p̃ſcriptio, ſuꝑ his
& aliis ꝓcuret,q̃ in iudicio ſunt ꝓcurãda.Ne ergo de ſtatu
monaſterii diutiꝰ dubitet̃,mãdat iudici,quatenꝰ recipiat te
ſtes,quos Hildeſemẽſis eccleſia induxerit ad ꝓbãdam p̃ſcri
ptionẽ, uel ad interruptionẽ oſtẽdẽdã cœnobiũ duxerit ꝓ
ducendos:& ſi p̃ſcriptio legitima probata fuerit, adiudicet
ſubiectionẽ ipſiꝰ monaſterii ep̃o p̃dicto, cũ ꝯſtet ipſum in
ſua diœceſi cõſtitutũ,corrũpẽdo priuilegiũ innouatum,niſi
ex aduerſo ꝓbata fuerit ĩterruptio,q̃ ſi ꝓbata fuerit,ep̃o ſi
ꝑ hoc ſilẽtiũ imponat̃,& ꝓnũtiet monaſteriũ ꝑpetua liber
2 tate gaudere,priuilegio innouato reſignãdo eidẽ.B.† No.
primò,ibi:*ꝓꝑ uiarum*, qđ ꝑiculoſũ eẽt habẽti vnũ priuilegiũ
dũtaxat illud deferre ad loca remota.nã eo ꝑdito vel con-
ſumpto ꝑdit̃ in effectu ius in eo cõtentũ.ſ̃.de reſt. ſpolia.c.
ſæpe.iõ tutũ ẽ,ut ſolenniter tranſcribat̃,arg.in.l.unũ teſta-
mentũ,ff.de teſta.& ſic ꝑdito originali,vel cõſumpto poſſit
3 fieri ꝓbatio ꝑ trãſumptũ.ſ̃.de fid.inſtr. c.pẽ.& ulti.† Scđo
no.ibi:*ſub ſigillis ſuis*.qđ ſigillũ ep̃orũ & abbatũ ẽ autẽticũ.
Quid de aliis p̃latis inferioribꝰ & capitulis eccleſiarũ ma
xime cathedraliũ,uide ꝙ no.In.ĩ.c.2.de fi.inſt. facit qđ no.
4 in.c.poſt ceſſionẽ,de ꝓb.in.c.ſi canonici,đ off.or. li.6.† Itẽ
nota,qđ inqſitio tenoris alicuius ſcripturæ,ſeu indagatio
ueritatis & falſitatis eſt delegabilis. poſſet ergo ep̃us, uel
alius ſuꝑior cõmittere inqſitionẽ alicuius ſcripturę, & ad
rñſionẽ inqſitoris ſolẽnẽ trãſũptionẽ illiꝰ facere, licet ipſe
5 originale ñ ualuerit,quẽadmõdũ hic p̃p̃ fecit. † Itẽ no.ꝙ ꝑ
ꝯ̃dictionẽ illius cuius intereſt priuilegiũ ñ ualere,impedit̃
ipſius priuilegii renouatio, donec cã ꝯ̃dictionis diſcuſſa fue
rit.Ex quo infert̃ quẽ poſſe p̃tẽdere intereſſe, ut priuilegiũ
ſeu inſtrumentũ alterius non renouet̃;& a
intereſſe p̃t uerſari in eo,ꝙ vexari timet
ex documẽtis nõ legitimis. Et ex hoc &
ex tex.no. ꝙ priuilegia ſublata ꝑ præſcri
ptionẽ,vel q̃ pñt elidi exceptiõe, ñ dẽnt
renouari:qa in futurũ pñt p̃ſtare mãm li
6 tigii.† Itẽ no.& tene ſemꝑ menti, qđ ne
dũ diſpoſitio ſimplex trahitur ad alium
caſum ex identitate rõnis,ſed ẽt caſus ex
a ceptus ª a regula, ᵇ nã papa hic caſum ex
b ceptum in.c.qm̃,vt li.ñ cõte. vt teſtes re-
cipi poſſint,ñ ſeruata iuris ſolẽnitate,tra
hit ex idẽtitate rõnis ad innouationem
priuilegii;& ſic eſt hic caſus ꝓ notatis ꝑ
7 gl.in.l.1.C.đ cõdi.ind.† Et ꝑ hoc credo,
ꝙ licet in iure reperiant̃ tres caſus exce-
pti dũtaxat,in qbꝰ abſentes debẽt vocari
ad capitulũ;de qbꝰ ꝑ gl.in.c.2.de teſti.li.
6.ꝙ vocãdi erunt ĩ aliis caſibus cõſimili-
bꝰ,uel arduioribꝰ;facit ꝙ no.In.in.c.2.de
noui ope.nũ.& gl.ĩ.c.1.ĩ.đ his q̃ fi.a ma.
par.c. & ꝑ hoc limita id qđ dr̃ exceptio-
nẽ firmare rl̃am in non exceptis,ut in.c.
dñs.32.q.7.& ẽ bo.tex.in c.2.in fine.ĩ.đ
cõiu.lepro.ꝓcedit.n. vt reſtringatur rl̃a
8 ad caſus nõ cõſimiles exceptis.† Et uide
ad p̃dicta notabile dictũ Bar.poſt gl.in.l.
ſerui,ff.de vſu.ubi ꝯcludit,qđ ſi exceptio
eſt facta ꝑ dictionẽ taxatiuã:nihilominꝰ
extẽdit̃ ad aliũ caſum, ſi ĩ alia parte iuris
reperit̃ exceptꝰ,ut ibi not.& vr̃ ꝓbari ĩ.c.
qm̃,in prin.iũcta gl.ut lit.ñ cõte.Si autẽ
ſpecifice alibi nõ excipit̃,& tũc ꝑ identi-
tatem rõnis extẽditur ĩ mã fauorabili &
pia,vt ſentiat gl.no.ĩ.l.illud,C.đ ſac.ſan.
eccl.in ver.*alicuius*: ſecꝰ in mã reſtringibi
li,ut no.in.l.1.C.de patri.qui fi.di.& hoc
9 no.† No.ibi:*nõ ĩ ꝑgameno &c.* ꝙ priuile-
giũ p̃t ſcribi nõ ſolũ ĩ ꝑgameno, ſed ẽt ĩ
papyro;& uiđ no.ꝑ Spe.ĩ.ti.de inſtr.edi.
§.poſtremò,ver.itẽ ꝙ ẽ ſcriptũ ĩ papyro.
vbi dicit,ꝙ inſtr̃m p̃t eſſe publicũ in papy
ro.Et dicit Hoſt. ꝙ licet hęc mã ſit peri-
culoſior, ẽ tñ tutior:qa ñ p̃t ita fieri abra
ſio,ſeu alia falſitas in papyro,ſicut in per
gameno hodie tñ đ ſtylo curię reſcripta
fiũt ĩ charta pecorina,ut no.Spe.đ reſcr.
pñta.§.1.igit̃.uer.& qm̃.ubi dicit Io. An.
ꝙ notãter dicit,pecorina, & ñ pecudina,
qa in plꝰ ſe hẽt pecꝰ pecoris,q̃ pecus pecu
dis.Nã pecꝰ pecudis ſumit̃ ꝓ iſtis anima
libꝰ paruis,q̃ ſunt ad uſum hoĩs: ſed pecꝰ
pecoris ꝓ animalibus magnis. uñ cõpre
hẽdit boues,equos,& ſimilia. Et hoc ad
denotãdũ, qđ ẽt in iſtis ſcribũt̃ qñq; pri
uilegia & ꝓceſſꝰ:qdã tñ dicũt,ꝙ priuile-
ñ erat hic in charta bõbacina ſcriptũ, ſđ
in quadã mã ꝯfecta ex quadã herba, quę
vulgariter : ppellat̃ pauera, & cũ glutino
quodã efficiebat̃ apta ad recipiẽdum ſcri
pturam,p̃dicta tñ đ iure ꝓcedũt;facit qđ
no.gl.&Bar.ĩ.l.cũ tabulas,ff.đ fur.hodie
tamẽ notarii p̃ſtant iur̃m de publicãdis
inſtrumentis in charta pecorina, ſeu in
pergameno;de quo dicendum, ut no.in.
10 c.ſicut.ĩ.ne cle.uel mo.† No.ibi:*quaſi iam
nimia uetuſtate &c.* quod dictio, quaſi,nõ
eſt veritatis aſſertiua,ſed impropriatiua,

a Nota diligenter, quod iura limitatoria & ponentia fallẽtias extendũtur ex identitate rationis. & adde hic eundẽ Panor. in.c. ad audiẽtiã, in.1.no.ĩ.de cler. nõ reſidẽ.pulchre loquẽtẽ hic, & ẽt notantem ad hoc hũc tex. in.§. nos igitur & ſic habes hic tex.meliorem đ iure per Bar.in l.ſi cõſtante,in.9, q. prie partis prĩ. ĩ.1.co.ff.ſolu.ma. ubi idẽ uult, qđ ĩ iuribus limitatoriis ſit licita extẽſio ex idẽtitate rationis,licet. d.Ale. ibi in 6. co.conet̃ oſtendere, ꝙ iſte tex.ĩ hoc uer. nos igit̃,ñ ꝓbet,& male põderet̃ ꝑ iſtũ. Et uiđ multa exẽpla, quod taxatiua ñ excludat caſus ſimiles, quos ponit aureus doc. d.Ia.ĩ. l.1. in prĩ. in pe.col.ff.đ offi.eius, cui eſt mãda.iuriſdic.ubi inter alia,ꝙ non excludit, qñ inducere legis,uel ſtatuti correctio, de quo ꝑ Alex.ĩ. l.1. C.de bon. poſſeſ. contra tabu. Aeneas de Falc.
ANT. FRAN.
An ex identitate rõnis extendãtur iura limitatoria, dicas de hoc late uidendũ eſſe per Rom.poſt alios ĩ l ſi uero,ĩ.§.de uiro, in repe.ubi ponit materiã extenſionis, ff.ſol.mat. & per Salic. Pau. de Ca.in.l.ſi ſerui ueſtri,C.de noxa.
SEB. SAPIA.
b A regula. Vide multa per Fe. ĩ.c. qm̃ frequenter,in prin.ſ̃.ut lit.ñ cõte.per And. Sicu. ĩ.c.curauit,co.pe. ſ̃.de ꝓba. & Ale. tenentem contra Abb. hic ĩ.l.conſtante,in prin.colum.6.ff.ſolu. matri.

SEBA. SAPI.
a Libertatis. multa circa hęc accumulat Fel. in.c.ad audiētiā, co. antep. circa finem, uerſi. ultimo facias regulam, ſupra de præſcr. & Alex. in con. 169. inc. uiſo themate, in. 1. col. in. 2. uolu.
b No. ad declarationem authe. quas actiones, in fin. C. de ſacroſan. eccl.
c Et tex. in. l. ſed & ſi quis. §. parui, ff. de inſti. act. & tex. in. l. denique. §. ſi cui mandauero, uer. ſi mater, ff. mā da. & ī. l. 3. §. 1. ff. đ neg. geſt. & idē dicit Io. An. in additio. Spe. in titu. de proc. §. 1. circa princ. Et adde, qđ ēt ad actū, q fit in judicio, dūmodo ſit actus uoluntariæ iuriſdictiōis, mulier poteſt cōſtitui ꝓcuratrix, text. eſt ſing. in. l. 1. §. fi. C. de manu miſ.
ZACHARI.
d Illa dicitur ſummaria. Adde pleniſſime p Lanf. đ Ori. in cle. ſæpe, uer. aggrediar & paulo ante in pri. dictę Cle. & ibi ī apo. Cel. in uerſi. clauſulæ, de uerb. ſign.

& denotat diminutionē quādam. Qn̄q;
ſm ſubiectā mām exprimit veritatem, vt
habet ī euāgelio Io. quaſi vnigeniti a pa
tre &c. vid̄ bon. text. cū gl. ī. c. ꝓut, de do.
11 & cōtu.† No. ī uer. *quia uero*, optimū ar. ꝗ
ꝯ exēptū & immediate papę ſubiectū pt
p̄ſcribi ſpatio. 40. annorū, quaten⁹ p̄iudi
cat ipſi priuilegiato: ſđ quaten⁹ p̄iudicat
papę, reqrit ſpatiū cētū anno. ſi. n. potuiſ
ſet abbatiſſa deducere ius papę ī iudiciū,
n̄ fuiſſet op⁹, vt ꝯſtitueret ꝓcuratrix pa-
pę ad deducēdū ius ſuū in iudicium, & te
nebis in hoc menti iſtum text. q̄a multū
bn̄ facit ſaltē in ar. & uiđ ꝗ no. gl. ī ſimi
li in. c. 2. de cape. mo. & in. c. ad audiētiā,
đ p̄ſcr. & ī. c. uolum⁹. 16. q. 4. ubi ſunt tres
bonę gl. ad mām: uide tn̄ oīno, q̄ dixi in.
d. c. ad audiētiā.† Itē not. ibi: *poſſeſſiones*
12 *& iura &c.* ꝗ eccl. Romana gaudet p̄ſcri
ptiōe cētū anno. nō ſolū in reb⁹ priuatis
ipſi⁹ Romanæ eccle. ſed ēt ī oīb⁹ iuribus
& poſſeſſionib⁹, q̄ cōpetunt rōne liberta
a tis [a] datæ. Et ſentiūt doc. hic ex iſta gn̄a
litate uerborum hoc ꝓcedere tā in reb⁹
mobilib⁹, q̄ immobilibus corporalib⁹, &
incorporalibus, ꝗ bn̄ notabis. Ex hoc. n.
infert̄ qđ vſucapio triēnalis in rebus mo
b bilib⁹ n̄ hēt locū ꝯ eccle. Roma. [b] Nunqd
aūt in eccl. inferioribus hēat locū uſuca
pio prędicta, plene no. in. c. 1. de in inte.
13 re.† Vlteri⁹ no. ibi: *teſtes recipia &c.* tex.
c apertū, ꝗ p̄ſcr. cētenaria [c] pt ꝓbari ꝑ te
ſtes; cuius ꝯriū ſentit gl. in. c. cū nobis, s̄.
14 đ p̄ſcr. & dic, ut ibi dixi.† Itē no. ibi: *ſubie
ctionem adiudices &c.* modū ſeu practicā
libellādi ſeu ſn̄iandi, cū ep̄s uēdicat aliq̄
15 eccl. ut ſubiectā.† Vltimò no. & tene mē
ti, ibi: *corrumpendo &c.* ꝗ poſt, q̄ qs ſuccu
buit in cā, dēnt oīa priuilegia ſeu inſtr̄a
decisioni ꝯria lacerari & corrūpi, ne in
futurū poſſint p̄ſtare mām diſcordiæ. Ex
quo ēt infert̄, qđ ſi penes te ſint aliqua in
ſtrumenta tibi inutilia & iuri meo quo
ad tenorē ꝯria, poſſū petere, ut corrūpāt̄
& lacerent̄; facit ꝓ hoc. c. accedēs, el. 1. ut
li. nō cōte. & a ſil'i ſeu a ꝯrio. l. ſicut, C. de
lib. cau. & c. eccleſia, s̄. ut lit. pē. & l. diſſo-
16 lutæ, C. đ cōdi. ex le.† In gl. 1. ibi. *ideo non
poterāt uidere &c.* ſed hoc vr̄ ꝯ factum pa
pę, cū papa hic diſtulerit innouationem
ad ꝯdictionē partis aduerſę. ergo oporteret dicere, ꝗ aliqđ
intereſſe p̄tēdere pt pars aduerſa; & dic qđ ſatis ſua ītereſt;
qm̄ ꝯſumpto originali nō timet ſibi litē moueri in futurū:
ſecus, ſi fieret innouatio. Hinc eſt, ꝗ ꝑꝑ hoc intereſſe in fine
literæ mandat̄ hoc priuilegiū corrūpi. ergo ſua intereſt, ne
innouet̄: q̄a melius eſt ante tp̄s occurrere, & c. l. fi. C. in qui.
cau. in inte. reſt. nō eſt ne. & qđ no. in. c. 1. de in integ. reſt. &
17 de iureiu. c. quemadmodum.† In gl. in verb. *duximus*, in fin.
dic, ꝗ ꝯria ꝓcedunt, quando non poſſunt legi propter uetu
ſtatem ſeu conſumptionem aliter ſuperuenientem, ſed ubi
legi poſſunt, licet cū difficultate, fit innouatio, prout hic di
citur. In gl. in uerb. *procuratricem*, ibi: *ſimiliter & iudex*, nō in
telligas principium gl. indiſtinctè. nam regula eſt in contra
rium, ut neq; ꝓcuratrix, neq; arbitratrix, ſeu arbiter, neq;
iudex pt eē mulier. iſta. n. ſunt officia uirilia, ut ī. c. infamis.
§. tria. 3. q. 7. & not. plene in. c. ſciſcitat⁹, s̄. de reſcr. ſed iura,
q̄ allegat gl. ponūt caſus ſpeciales, .ſ. qn̄ mulier hēt iuriſdō
nē: q̄a ſucceſſit ī aliqua dignitate; ut puta ī comitatu, uel re

gno. Et ītellige, ꝗ mulier n̄ pt eē rl'r ꝓcuratrix ad iudicia.
Nā ad negotia bn̄ pt ꝯſtitui, ut no. ī. l. ait p̄tor, ff. đ neg. geſt.
Et caſus, in qb⁹ pt mulier eſſe ꝓcuratrix, uide ꝑ Specu. ī tit.
de ꝓcur. §. 1. in prin. Et ultima ſol. gl. hic poſita quātum ad
18 tex. noſtrū vr̄ verior.† De abbate vero, & aliis religioſis nū
q̄d poſſint eſſe ꝓcuratores, vide bonā gl. ī. c. đ p̄ſentiū. 16.
q. 1. ꝑ Inn. in. c. cū. I. & A. s̄. de re iudi. & tex. ī. c. 2. s̄. de poſtu.
& ī cle. religioſus, đ ꝓcura. Et no. in fin. gl. tres modos ꝓce
dēdi cū papa vult mouere q̄ōnē ꝯ ſubditū; & *primi duo mo*
19 *di* ſunt honeſtiores.† Et in quātū gl. dicit papā poſſe iudi-
care ī cā eccle. ſentit, ꝗ ī cā patrimoniali n̄ poſſit eē iudex:
qđ tn̄ n̄ ē uerū. Nā et imperator iudicat in cā ſua, ff. đ his, q̄
in teſt. delē. l. ꝓxime, & in. l. & hoc Tyberi⁹, đ hęre. inſtit. vi
20 de in hoc, qđ ſatis plene dixi ī. c. cū ueniſſent, s̄. de iud.† Ex
tra gl. primo op. ꝯ tex. ur̄. n. qđ lr̄is iſti⁹ legati n̄ erat fides
adhibenda, cū ſibi cā fuiſſet cōmiſſa. Sol. doc. fatent̄ ꝯriū, &
dicūt ꝗ lr̄ę ipſi⁹ adminiculabāt̄: n̄ aūt plene ꝓbabāt. Ex quo
no. qđ lr̄æ legati ī cā ſibi cōmiſſa faciūt adminiculū: plene
tn̄ n̄ ꝓbāt in alteri⁹ p̄iudiciū; uide bo. gl. in. c. ſicut, de ſentē.
21 exc.† Scđò op. vr̄. n. qđ ꝓceſſus iſte nō ualuerit, cū nō p̄ceſ-
ſerit litis ꝯteſt. ut in. c. unico, de lit. conteſt. Solutio multi-
plex. q̄dā intelligūt hic litē nō fuiſſe ꝯteſtatam. Alii, qđ ſpe
ciale ē, cū agit̄ đ libertate eccleſię. Alii (ut no. Inn.) dicūt,
qđ cū agit̄ de innouatiōe priuilegii, ſeu alterius ſcripturæ,
nō eſt neceſſaria lit. ꝯt. qđ uerbū no. Hoſtien. tn̄ reqrit cōte
ſtationē lit. & dicit, qđ ob hāc cām fuit hic appellatū a prio
rib⁹ iudicibus, & petebat̄, ut uiris diſcretis cā cōmitteret̄. d.
Ant. ſimpl'r vr̄ tenere, ꝗ cū hęc cā ſit ſūmaria & modici p̄iu
dicii, nō eſt neceſſaria li. cōte. & ſic vr̄ ſeq opi. Inn. q̄ mihi
ſatis placet, arg. in aut̄. niſi breuiores, C. đ ſen. ex peri. reci.
22 & eorū q̄ no. in. c. 1. de libel. obl.† Dic ēt, qđ ſi ꝯ petētē inno
uationē opponit̄ exceptio nō reqrēs altiorē indaginē, pri⁹
diſcutiet̄ exceptio, quā fiat īnouatio, ut ſatis colligit̄ ex prī
cipio capituli. Sed ſi exceptio reqreret lōgū tractū, tunc nō
impedit̄ innouatio, ut notāter ēt colligit̄ hic in ver.: *nos igi
tur*. Nā hic patet, qđ ſi exceptio a primordio facilis ꝑꝑ ap-
pellationes, uel aliā cām efficit̄ difficilis & lōgęua, ea non
obſtāte ꝓcedit̄ ad innouationē. paria ergo ſunt, qđ a prin
pio exceptio exigat lōgū tractū, uel ꝗ ex poſtfacto efficiat̄
23 difficilis ꝑꝑ diſputationē, ſeu appellationē.† Sed ꝯ id, ꝗ
eſt ſupra dictum litem conteſta. non requiri, cum agitur ſu
per renouatiōe ſeu trāſumptiōe inſtrumenti, facit iſte text.
in uer. *nos igitur*. ubi vr̄ innui, qđ tūc nō requiritur conteſta
tio, quando imminet periculū ſuꝑ conſumptione ſicut ob
ſeruatur in receptione teſtium. Sed hoc nō obſtāte teneo
24 primū, ſ. qđ hęc cā ſit ſummaria.† Per rl'am, q̄ poſt Dy. po-
nit Bar. in ex̄uagā. ad reprimen. in ver. ſummarie; & ſeqtur
Ioā. de Lig. licet n̄ alleg. Bar. in cle. ſæpe, de uer. ſigni. ubicū
que. n. uerſatur cauſa, ſuper qua ſententia lata non infert
magnum pręiudicium, ſeu totaliter non decidit, quin poſ-
ſit, in alio iudicio grauamen reparari, illa dicitur ſumma-
d ria [d]; ad hoc. l. 3. §. ibidem, & quod ibi not. ff. ad exhiben. &
uide latius in locis præalleg. Ad hunc text. reſpondeo,
quod procedit ſimilitudo hoc modo. ſicut enim teſtes, qui
non poſſunt aliter recipi lite non conteſtata recipiuntur
inſtante neceſſitate; ita renouatio priuilegii, quę non de-
bet fieri, niſi diſcutiatur prius exceptio illius, cuius inter
eſt, ut innuitur hic in uerſic. *nos autem*. cum ſe poteſt fieri
imminente periculo, cum exceptionis diſcuſſio exigit lon
25 gum tractum, ut hic, & in. d. uerſi. *nos igitur*.† Sed quæro,
an innouatio priuilegii parte abſente, & non contumace
facta ualeat? Innocen. uidetur uelle, quod ſic, dummodo
nuncietur parti intra annum, uel conueniatur, arg. in. c.
quoniam ſupra ut lit. non conte. Si autem pars eſt præ-
ſens, debet citari, quia facilius ipſa indagabit & percipiet
falſitatem, cuius intereſt, quam iudex, uel notarius, dicit
tamen Hoſti. quod ſi petitur innouatio in curia, non eſt
neceſſe ipſam partem abſentem citare, cum habeat tran-
ſire per



ſire ꝑ manus pluriū, qui ſunt in hoc bn̄ edocti, arg. ī l. om-
niū, C. de teſta. dicit tn̄, ꝗ ſi pars eſt præſens, deberet citari,
a uel ſi de proximo ſperet̄ aduentus. [a] Ego de hoc remitto [b] ad
b plenius no. in c. ſignificauit, & in c. Albericus, de teſti. unde
crederē, ꝗ niſi ſit periculū in expectādo partē citādā, nō de
bet ꝓcedi ad īnouationē ſine citatione. Et īnouatio aliter
facta nō ualet, niſi ille faceret, q de nouo poſſet cōcedere; ꝓ
bat̄ in c. ſignificauit, iūcto. c. q̄m, poſt prin. ut lit. non cōteſt.
Nā ſi in repetitione teſtiū eſt hoc obſeruādū, fortius in īno
uatione priuilegii, cū ſit maius periculū. nā ſi originale erat
uitioſum, nulla defenſio cōpetit amplius parti aduerſę, cum
uitium non poterit perpendi in tranſumpto; puta quia fal-
ſitas erat in bulla, uel filio: uel quia charta prius fuerat ra-
ſa, & poſtea reſcripta, iuxta ea quę habentur in c. licet, de
cri. falſi; dixi plenè in d. c. Albericus.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi non poſſunt adminiſtrare temporalia etiam ex confirmatione papæ: quia cenſetur aut ſubreptitia, aut nulla; uide ī. nu. 6. ubi ſi confirmantur certa ſententia papæ, non poterunt remoueri: in alijs uerò remanent ſub obedientea ſuperioris; uide in c. proxi. nu. 4.*
2 *Regulares quicquid acquirunt eſt monaſterij, & nil ſibi appropriant. 5.*
3 *Literæ emanatæ de curia præter ſolitum ſtylum curiæ præſumuntur ſubreptitiæ, aut nullæ.*
4 *Regularis licet poſſit eſſe canonicus eccleſiæ cathedralis; tamen canonicus eccleſiæ ſecularis eſſe non poteſt.*
7 *Papa ſi contulit alicui regulari prioratum in loco, ubi abbas ponebat & remouebat ad nutum; an poterit ipſe abbas & iſtum, qui habet collationem a papa, remouere?*
[illegible] *Papa concurrit in collatione beneficiorum cum omnibus ordinarijs.*
*Abbas non poteſt conſtituere monachum in priorem alicuius loci.*
10 *Abbas non obligatur monacho etiam cum iuramento.*
11 *Abbas poteſt remouere priorem, etiam quòd priores in illo loco fuerunt per præteritum perpetui.*
*Conſuetudo non inducitur ex actibus meræ facultatis.*
12 *Regularis remotus ab aliqua dignitate ſine cauſa an habeat aliquod remediū, uide remiſſiuè.*

## CAP. V.

1 AD noſtram audientiam. †Nō ualet cōfir
matio, quā religioſus impetrauit a papa ſuꝑ tem
porali adminiſtratione, ſeu prioratu, ſi tacuit re-
gulā. ſi uerò expreſſit, reſcriptū p̄ſumit̄ falſum: quia papa nō
cōſueuit cōcedere. h. d. cū ſeq. Cōis diuiſio. ſecūda, ibi: *quia
igitur*. Caſus literalis. Quidā canonici regulares Neuma-
ſenſis eccleſiæ impetrabāt lr̄as confirmationis ſuꝑ admini-
ſtratiōib⁹ ſuis, tacito ꝗ eſſent regulares. ſignificatū fuit hoc
dn̄o papę ex parte p̄poſiti illorū regulariū. Dicit papa, ꝗ re
gularibus ꝑſonis apoſtolica ſedes aliqua nō cōſueuit confir
mare: unde mādat quibuſdā, quatenus cōfirmationes a p̄di
ctis regularib⁹ taliter impetratas denūtiēt irritas & inanes.
Ber. No. primò, ꝗ regulares exiſtētes in eccleſiis cathedra
lib⁹ dn̄r canonici. nā iſta eccleſia Neumaſenſis eſt cathedra-
lis & regularis, ut refert Io. An. & ſatis colligit̄ ex textu. po
teſt tn̄ intelligi, ꝗ erāt regulares canonici, ut ſunt iſti de or
dine ſancti Auguſtini. Nā q̄dā reperiunt̄ mēdicātes, & non
ſunt canonici. Quidā uerò nō ſunt mēdicātes; & iſti dn̄r ca
nonici. Pōt intelligi in monachis eccleſiæ cathedralis. Nam
pn̄t appellari canonici, ut habes tex. iūcta gl. in c. 2. 58. diſt.
2 & uide circa hoc qđ plenè dixi in c. cām, s̄. de iudi. †Secūdò
no. ꝗ regularib⁹ nō eſt aliqd ꝑſonaliter cōfirmādū: q̄a non
pn̄t ſibi aliqd appropriare; ſed totū eſt monaſterii, quocūq;
ſe uertāt, & qualitercunq; acquirāt. 18. q. 1. c. uno, ea. cā &
3 q̄ō. 2. c. abbates. †Tertiò not. ibi: *non conſueuit &c.* ꝗ lr̄ę ema
c nātes de curia p̄ter ſolitū curſum & ſtylū [c] curię p̄ſumūt̄ ſub
reptitiæ, & qn̄q; falſæ, qn̄. ſ. nihil ſupprimit̄: ſed fit conceſſio
deuians ab omni honeſtate & ſtylo curię, ut in c. ſeq. & ibi
4 dicet̄. †Vltimò not. ꝗ nō ſolū regulares alicuius monaſte-
rii, ſed ēt ſi ſint canonici eccle. cathedra. nō pn̄t tenere ad-
miniſtrationes perpetuò: nō tn̄ ex hoc intelligas, ꝗ regula-
ris poſſit eſſe canonicus in eccl. ſeculari: quia eſſet ꝯ. c. ſuꝑ
eo, de regula. & uide bo. gl. in c. quorūdā. 24. diſt. ſed intelli

ge, ꝗ eſt ibi canonicus, qn̄ eccl. cathedra.
eſt regularis modo p̄dicto. In gl. ibi: *ſci
licet tacita ueritate &c.* aduerte, licet di-
ctum principii huius gl. ſit in ſe uerum;
nō tn̄ eſt bona expoſitio ad illud uerbū,
perſonaliter, poſitū in tex. Nam ſenſus il
lius uerbi eſt, ꝗ perſonaliter non con-
ſueuit ſedes apo. regularibus aliqd con
firmare, ita, ut ipſę perſonæ ſingulares
habeant nomine ꝓprio: ſed realiter bn̄
conſueuit confirmare dādo. ſ. priui' egiū
5 ipſi rei. ſ. monaſterio, uel collegio. † Rō
diuerſitatis eſt, quia collegium eſt capax
in cōi, ſed particulares perſonę non: q̄a
a ſe abdicauerūt omnia, & poſuerūt prio
rem ſupra caput ipſorum loco dei, ut in
c. ſi religioſus, de elect. li. 6. 12. q. 1. c. non
6 dicatis. † Et ut habeas clarè mām huius
c. & ſequentis, eſt primò uidendū, q̄ fuit
rō decidendi in iſto tex. Sol. pōt colligi
ex p̄dictis, & adhuc clarius dic. Aut enim
iſti adminiſtratores erant temporales;
ut quia poterāt remoueri ad nutum ſupe
rioris, ut in c. cum ad monaſterium, uer-
ſi. nec alicui. ī. de ſta. regu. Aut erant per
petui iuxta id, qđ habet̄ in c. 2. eo. ti. &
utroq; caſu diſſoluebat̄ bonum obedien
tiæ occaſione huius confirmationis. Nā
cū aliàs poterant remoueri ad nutum ab
batis, uel ſaltem ex facili cā, qn̄ erant per
petui; uigore confirmationis non poſ-
ſent remoueri ad nutum ſuperioris; &
ſic quodāmodo ꝑ hanc cōfirmationem
erigebant ſe ꝯ bonum obediētiæ, & hoc
ius tenendi appropriabant ſibi perſona-
liter. Et ex his & ex notatis in c. ſeq. no.
ꝗ ſi ex certa ſcientia papæ confirmet̄ reli
gioſo aliqua adminiſtratio, q̄ de ſe erat
tēporalis: quia poterat remoueri ad nu-
tū abbatis, nō poterit deinceps remoue-
ri ſine licētia papę. vn̄, ubi primò erat o-
bediētiari⁹ abbatis, nūc uigore ꝯfirmatio c
nis efficit̄ obediētiari⁹ papæ; uide Inn. in
c. niſi. ī. de p̄bē. & Do. ī c. cū īter, R. s̄. đ e-
lect. & ī cle. q̄a regulares, de ſup. negli. p̄
la. nō tn̄ ītelligas, ꝗ ꝑ hāc ꝯfirmationem
eximat̄ regularis a iuriſdictiōe ſui ſupio
ris: ſed ī oīb⁹ ius cōpetēs ſupiori remanet
illęſum, p̄terq̄ vt nō poſſit cognoſcere, vl'
tollere ius cōfirmatū, ut in c. .& 2. s̄. e. ni
ſi ex nouo delicto, ut hēt gl. no. ī d. c. 1. ui
de Fede. de Sen. cōſi. 255. vn̄ pt iſte ī ma-
nib⁹ ſupioris renūciare, ꝑmutare, & alia c
facere, q̄ ad ſuperiorē ꝑtinēt. hæc proce
dūt ī cōfirmatione facta ex certa ſciētia.
7 †Sed dubitat̄, quid dicēdū in collatione?
d & eſt q̄ō ſatis quotidiana. Pone ꝗ papa [d]
cōtulit regulari aliquē prioratū, q de ſe
nō erat perpetuus, ſed abbas ponebat ibi d
priorē, & remouebat ad nutū iuxta ea, q̄
hn̄r in p̄all. c. cū ad monaſteriū. nunqd
abbas pōt iſtū remouere ad nutum, ſicut
potuiſſet, ſi ipſemet contuliſſet? Aduer-

a SEBA. SAPI. Aduentus. Vide Alex. in aut̄. ſi quis in aliquo. C. de eden. Abb. in c. ex parte. 1. in 3. no. infrà de priui. & Feli. in d. c. Albericus, in princ. s̄. de teſti.
b Et uide d. Ant in c. 1. s̄. ti. prox. in uer. quæro qualiter, & de hoc omnino ꝑ Arch. in c. cōtra morē, in 1. col. c. diſt. ubi dicit, ꝗ ſi fiat īnouatio priuilegii ꝑ illum, qui non conceſſit, reqrit̄ citatio ꝑ ſolēne & generale edictū; ſed ſi fieret ꝑ illū, q cōceſſit, nō reqritur citatio, niſi dicat̄ ſuſpectū, uel de ipſo referat̄ q̄ō; & alle. Hoſt. & Inn. in d. c. Albericus, de teſti. & ꝗ ualeat innouatio priuilegii facta et nō uocatis partib⁹, tenet d. Ant. ī c. uenerabilis, ī prin. ī ul. co. ī. e. ſecus dices eſſe in confirmatione. & uide de hac q. in terminis ꝑ d. Abb. in c. ex parte, el primo circa prin. ī. de priuileg.
ANT. FRAN.
Circa īnouationē priuilegii, an debeat pars citari, & qualiter fieri debeat, uide q̄ hn̄r in c. inter dilectos, de fi. iſtru. & Spec. in tit. de offic. iud. in §. 5. ī uer. ſed q̄ritur, & in uer. illud aūt ī fi. Et adde, ꝗ pendente appellatione, uel ēt relatione nō debet fieri īnouatio, ut ꝑ Specu. in ti. de reg. in §. 5. in princ. & in §. appellatione pēdente, in uerſi. 22.
ZACHAR.
c Prȩter ſolitum curſum & ſtylū. Adde iſtum s̄. in proœ. Greg. nu. 1. & ibi poſui ī apo. poſt alios remiſſiuè in apo. in uer. de ſtylo. eundē in c. cū dilecta, nu. 2. in apoſt. mea in uer. ſtylus curiæ, s̄. de reſcrip.
SEB. SAPIA.
c Et ſtylum. Vide Rom. in cōſi. 377. incip. quæſtio eſt, & Feli. in c. 2. col. 6. uerſi. ſtylus curiæ, s̄. de reſcrip.
SEB. SAPIA.
d Quòd papa. Vide Cardi. in cle. 1. col. 1. uer. ꝑmiſſa, de ſupplen. negli. prælato. Gemi. in

te ad duos caſus. Nã quãdoq; papa cõtu
lit ex negligẽtia abbatis;& tũc nõ altera
tur nã beneficii.unde ſicut primò poterat
remoueri ad nutũ, ita & nũc interueniẽ-
te collatione papę: quia ex quo contulit
iure deuoluto, non vr̃ uoluiſſe alterare
nãm beneficii; de quo uide tex.cum glo.
no.in d.cle.qa regulares, ubi hoc tenent
cõiter doct. Secũdus caſus dubius eſt,qñ
papa contulit ceſſante omni negligentia
ſuperioris; & in hoc ſunt opin. Archi.6.
q.1.c.ſi monachus,ſentit ꝙ nõ,& idem in
a c.p̃ſenti,[a] de offic.ord.li.6. Sed aliud ſen
tit Collectarius in c.ꝑ tuas,de ma.& ob.
facit qđ no. in d. cle. quia regulares. In
hoc diſtinguerẽ,ꝙ aut illud papa contu-
lit expreſsè,ut quoad uixerit,debeat poſ
ſidere; & tunc ſine cã non põt remoueri
ꝑ ſuũ ſuperiorem; de hoc vr̃ tex. in d.c.
